momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ludus & jocus videri debet, ad illas amaritudinum fæces, quas improbis ſemperbibendas, nunquam ebibendas divinus furor ingeret æternum. Nunc caliculos amariores læti perhauriamus, modo à ſorbendis fæcibus imunes ſimus, Poculo quod plerique horremus vinum dominicum propinatur, calix quem averſamur, in Domini manu eſt, omnium pœnarũ & calamitatũ Deus auctor eſt.

Sed quomodo inquies? ſi Deus malorum, & pœnarum omnium auctor eſt, nunquid & peccatorum? Nam meus hic inimicus mentiendo, & conviciando in extremã me pernitiem dedit, res meas, honorem, famam, contra fas omne diripuit, nomen meum nequiſſimis calumniis laceravit, me ipſum cochleari, ſi poſſit, ſubmerſurus. Num Deus horum auctor eſt? Eſt, mi homo, eſt auctor horum, non quod illi Deus mentiri, non quod calumniari præceperit, *Nemini*, inquit, Syracides, *mandavit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi*: Sed ajo amplius, ſi iniurias quibus ille te affecit, præceptas illi à Deo dicerẽ, nũ dicerẽ male? Ita planè ſanctiſſimus Rex David loquitur: Nã cùm illum improbiſſimus Semei verbis & maledictis, imo & ſaxis peteret, eſſentq; in comitatu Regio qui linguam deterrimam ferro claudendam dicerent, Rex publicè ſuis omnibus edicens. *Dimitte eũ, inquit, ut maledicat, Dominus enim* XIV.

 2. Reg. c. 19.

præcepit ei, ut malediceret David. Et quis eſt, qui audeat dicere, quare ſic fecerit? Cùm Regum pientiſſimus David nebulonem illum Semei ſolum, & inermem cerneret, nihilominus tam intrepidè, tamq; conſtanter in ſe calumnias jactantem audiret, mox in eam ſententiam venit primam injuriæ illius originem non à Semei, ſed à Deo manare, qui tam improbi hominis maledicentiam in ſui ſupplicium & pœnam deſtinaſſet: Verũ quonam modo DEUS illi hoc præceperit, quomodo Deus omnis mali, omnium pœnarum, calamitutamque auctor ſit, operæ pretium erit ſcire:

NB. XV. Duo ſunt in quovis peccato, primum eſt, naturalis motus corporis, aut voluntatis, aut ſimul utriusque, alterum eſt ipſa legis transgreſſio. v. g. frater fratrem calumniatur, civis civem occidit, miles domum incendit, fur mille ducatos aufert, hic linguæ motus, lethalis ictus, ignis injectio, pecuniæ asportatio, Deo fiunt adjuvante, nam actiones naturales ſunt, quæ fieri ſine opitulante Deo non poſſunt, Atque hoc primum illud eſt in omni peccato ſpectandum, quod certè Deũ habet adjutorem. Illud verò alterum, ipſiſſima peccati natura eſt, cum ejuscemodi naturalis actio cõtra rationem, contra conſciẽtiam, contra divinam legem fit, & hoc Deus non vult, nec jubet, nihilominùs perverſam hominis voluntatem, ſeu legis trãsgreſſionẽ

& pec-

& peccatum ordinat Deus in alterius pœnã, aut admonitionem, aut emendationem, ſeu meritum amplius. Itaque auctor eſt Deus ut res fiat, cùm malè fit, providentiſſimus eſt ordinator:

Sic Deus Semei verba proferentem, lutũ & ſaxa jacientem adjuvit (hæc enim naturales motus ſunt) quatenus autem Semei malevolentiſſimam voluntatem in ſuum Regẽ exeruit, eatenus illam Deus non adjuvit, ſed certè ordinavit in optimum finem, ut his calumniis peccata Davidis punirentur, ejusdem etiam patientia & ſubmiſſio exercerentur:

Atq; hoc in omnibus omnino peccatis, in injuriis omnibus videre eſt, malum culpæ Deus tolerat, & malum pœnæ ordinat in finem optimum, ad augenda merita, ad punienda peccata. Hinc famem, bella, peſtẽ, eluviones, incẽdia, deprædationes, injurias, injuſtitias, ingentia ſcelera permittit, eaque ſimul ita diſponit, ut per hæc ipſa mala ſuam ille bonitatem & juſtitiam, gloriam & potentiam ſuam magis, magisque orbi patefaciat: Hac ratione Deus malorum, ſeu pœnarum omnium auctor eſt, cujus rei teſtem veritatem ipſam ſtatuimus:

Hebræis Deus offenſior: *Congregabo, inquit, ſuper eos mala, & ſagittas meas implebo in eis, Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt: En DEVS nos malis onerat,* Deut. 23. v. 23. Hier. 11.

DEUS ſagittis ſuis nos vulnerat, at nos tam infames ſumus, telis & jaculis iraſcimur, quis telum & jaculũ mittat, non attendimus: Ita pictor cùm ars non reſpondet penicillo indignatur, ita ſcriba calamo, faber malleo, figulus luto culpam impingit, cùm opus non ſuccedit, ita nos obtrectatores & æmulos, vel ut malorum noſtrorum cauſam accuſamus, ſed erramus largiter, non penecillus, ſed pictor, non calamus ſed ſcriba ſcripturæ & picturæ & picturæ ſunt auctores, longè rectius hac in re lobus ſentiẽs: *Manus Domini, ait, tetigit me, non Chaldæorũ, non Sabæorũ,* non hoſtiũ aliorum, ſed Domini manus me dejecit:

Nec aliter ſentiendum eſt, ſi morbus nos infeſtet; quem ab intemperantia, nimioque cibo vel potu provenire certo ſcimus, licet enim videatur malum hoc, utpotè cujus nos cauſa ſumus Deo adſcribi non poſſe, nihilominus à Deo eſt planiſſimè, nam Deus ab æterno nos flagellare, affligere decrevit, pro flagello noſtram arripuit intemperantiam, quam æquè ab æterno prævidit. Ita Deus te flagro cædit, ſed tu ei lora præbuiſti ad conficiendum hoc flagrum, in morbo te Deus eſſe vult, ſed pro cauſa ſeu inſtrumento morbi tua ipſius intemperantia utitur, ita Deus alium injuriis vult affici, inimicum illius ut inſtrumentum adhibet, & ſic eadem in omnibus aliis infortuniis, & adverſitatibus ratio eſt:

Quod quidem ipsa divina bonitas in Pecchio Cisalpino evidenter mõstravit: hic alias homo industrius & magni animi in odium venit viri illustris & opulenti, cumque iter faceret, delatus in insidias & captus, atque instar felis in saccum conclusus, eaque ratione in hostis sui castrum deportatus est:

Hic in altum fœdumque carcerem dejectus Pecchi⁹. Et cæteris quidem domesticis, quid rerum ageretur, ignaris, unico è fidioribus famulis commissa est cura ab arcis Domino, ea lege captivum aleret, ut in singulos dies non nisi panis frustillum idque gracile, & pauxillum aquæ deferret, quò non tam diutius viveret, quã perdiu se mori sentiret. Interim Pecchius totis urbibus oppidisque quæritur, nusquã reperitur ipse, sed jumentum, quo usus est, sanguine nonnihil aspersum. Quocirca cædis suspicione facta strenuè in homicidam indagatum, Reperti sunt duo, quibuscum aliquando rixatus sciebatur. Miseri tormentorum sęvitie adacti, Pecchium à se cæsum fassi sunt reclamante conscientia. Sceleris damnati, alter gladii, alter laquei supplicio addicitur. Ita insontes ducti sunt: *Iudicia tua, O Deus, abyssus multa!*

Interea captivus animam trahit in tetrimo carcere, eaque seu vivendi dicas, seu potius moriendi ratione novendecim annos exigit. Vestem nec deposuit, nec mutavit unquam; præter fontem & exiguam in

dies

dies Cererem nil penitus guſtavit. Nihilominus (ipſius Pecchii narrantis verba ſunt) DEI, ejusque divæ matris clementiæ memor, ingenti fiducia ſibi ſemper conſtabat, ſpeque maxima erat, futurũ ut ex illo mortis ſpeleo emergeret. Interim filii captivopatri velut jam mortuo juſta fecerunt, hæreditatem inter ſe partiti. Annis igitur novendecim totis intam diro ergaſtulo exactis, arcis dominus captivi hominis capitalis hoſtis obiit. Succeſſor hæres ut caſtrum in ampliorem nitorem reſtauraret, hincillinc muros dejici juſſit. Ventum eſt ad hoc ipſum ſubterraneum cavum, quod nulla janua, ſed foramen duntaxat idque anguſtum aperiebat. Dejectis hic futuri ædificii obſtaculis homo inſtar ſtygiæ umbræ apparuit, veſte lacerâ, barbâ ad poplites promiſſa, capillis in humeros largiter excurrentibus. Obſtupuerunt operæ ad hoc ſpectaculi tam inexſpectati. Mox rumor in vulgus abiit, Accurſus ingens velut ad Faunum aliquem Satyrumve, aut ſimile ſilvarum monſtrum. Peritiores qui affluxerant, ſuaſêre hominem repertum non ſtatim aëri exponendum, ne aut oculorum, aut ipſius vitæ uſum ſubitâ mutatione perderet. Sic aliquot dies inter aſſuetas tenebras detent⁹, paullatim ad aurã liberiorem educitur. Hic plurimæ quæſtiones velut ab inferis redivivo poſitæ: quis, quâ domo, quâ gente, unde illuc venerit, quam

quam diu illic latuerit? &c. Ad quæ ille ordine rei ſeriem recenſens, fidem narrationis omnibus fecit. Hinc ei non tantùm libertas data, ſed & bona quæ filii jam diviſerant, juſſu principis reſtituta ſunt.

Sed cur, inquies, malorum opera Deus utitur? cur ipſe non mittit clades? aut ſaltem per bonos miniſtros? quid hæc quæris curiosè? conſtabit Deo utique facti ſui ratio, etſi nobis de ea nil conſtet, Pater in magna familia interdum filium ipſe caſtigat, eſt cũ ſervo id munus mandat, aut pædagogo. Cur Deo non idem jus ſit? cur non ipſe cùm ei viſum ſuâ manu nos verberet, cum aliter viſum, alienâ? Nihil hic injuriæ eſt. At ſervus ille iratus tibi eſt, & animum habet nocendi? nil refert, Tu illo omiſſo ad animum reſpice jubentis, Pater enim exactor adſtat, & nec unam quidem plagulam tibi ſuperaddi ſinit ultra præſcriptum. *xvi.*

Pulcherrimè confirmat hæc S. Auguſtin. Noli timere, inquit, inimicum, tantum facit, quãtum acceperit poteſtatẽ, Eum time, qui quantũ vult, tantũ facit, & qui injuſtè, nihil facit, & quidquid fecerit juſtũ eſt; ſæviant quantũ voluerint, & quantũ permiſſi fuerint peccatores, confirmat juſtos Dominꝰ, quidquid acciderit juſto (NB.) voluntati divinæ deputet, non poteſtati inimici: quid ſibi ergo plaudit iniquus, quia flagellum de illo fecit *S. Aug. tom. 8. in Pſal. 61. & ſeq.*

cit pater meus ? Illum aſſumit ad Miniſterium, me erudit ad patrimonium, nec attendere debemus quantum permittat injuſtis, ſed quantũ ſervet juſtis, facit hoc Deus, quod plerumque facit & Homo, aliquando iratus homo apprehendit virgam jacentem in medio, fortaſsè qualecunque ſarmentũ, cædit inde filium ſuum, ac deinde projicit ſarmentum in ignem, & filio ſervat hæreditatem:

Drexel. loc. cit. Sic Deus (pergit idem) de hominibus malis exercet nos, & de illorum inſecutionibus erudit nos, & de malitia mali flagellatur bonus, & de ſervo emendatur filius, ſicut enim malis obeſt bonitas juſtorum, ſic prodeſt iniquitas impiorum: Quod ſi cœperit tibi ſubrepere voluntas humana dicens: O ſi occidat Deus inimicum iſtum meum, ut non me perſequatur! O ſi poſſet fieri, ut ab illo non paterer tanta! Jam ſi perſeveraveris & hoc tibi placuerit, & vides quia hoc Deus non vult pravus corde es: qui verò ſunt recti corde? qui ſic inveniuntur, quomodo inventus eſt Job, qui ait: *Dominus dedit, Dominus abſtulit ſicut Domino placuit, ita factũ eſt, ſit nomen Domini benedictum.* Ecce cor rectũ!

Ita omninò iſtum per illũ caſtigat Deus, cæditque, dein virgas in ignem mittit, Ita Hebræos per Regẽ Babylonis caſtigaturus,

Hier. 25. *Servient, inquit, omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta annis, cumque impleti fuerint ſeptuaginta*

ginta anni, viſitabo ſuper Regem Babylonis, quem velut ſarmentum in ignem excutiam: Propterea omnes qui comedunt Te (Chriſtiane) devorabuntur, & qui Te vaſtant, vaſtabuntur, cunctosque prædatores tuos dabit Deus in prædã, tu tantum longanimis exſpecta tam venturum tibi auxilium, quã hoſtibus tuis, niſi reſipiſcant, ſupplicium:

Accedit veritati huic doctiſſimè Origen.

Ita, inquit, in hoc mundo ſunt omnia diſpoſita, ut nihil prorſus otioſum ſit apud Deum, etiam ſi malum illud ſit, malitiam Deus non facit, tamen cum ab aliis inventã poſſit prohibere, non prohibet, ſed cum ipſis à quibus habetur, utitur eâ ad cauſas neceſſarias. Ita Deus nullius peccati, pœnarum tamen omnium auctor eſt, nec ab eo nos cædimur, ſed bono noſtro corrigimur: Orig. hom. 23.

Et hoc eſt quod agnovit in Theatro jam jam ſecuri collum ſubditurus Rex Angliæ Carolus Stuart, *ſæpè numero ajebat ad Tribunum Thomliſon, Deus ſententiâ injuſtè pronuntiatâ juſtum Iudicium exercet*, quod ita velim intelligatur, me injuſtâ ſententiâ Hiberniæ Proregẽ condemnari permittentem, nunc iterum injuſtâ ſententiâ morti adjudicari: NB.

XVII. Dieſe biß anhero zu Latein erwieſene Warheit / nemlichen daß alle Trübſahl / Creutz / Unglück und Widerwertigkeiten von GOtt allein herrühren / durch wen ſie auch uns immer zugefügt werden / hat uns zu einem ewigen Exempel öffentlich bekant

bekandt und gestanden der gedultige Job/ dieser/ ob er sich zwar anfangs über seine Befreunde / besonders aber über seine Haußfrau eusserst beklagte / in dem er
Iob.c.19 vers.13. & seqq. sprache / Meine Brüder/ und Bekante/ als Frembdlinge seynd von mir abgewichen: Meine Freund haben mich verlassen/ und die mich gekant hatten/ waren meiner vergessen / die Inwohner meines Hauß und meine Mägd haben mich als einen Frembden gehalten/ und als ein Frembdling war ich in ihren Augen: Meinem Diener hab ich geruffen/ und Er gab mir kein Antwort/ mit meinẽ Mund hab ich ihn gebetten/ vor meinem Athem grauste meiner Hauffrauen/ und meine leibliche Kinder muste ich bitten/ die Narren selbst haben mich verlacht/ und mir nachgeredt/ die zuvor meine Räthe gewesen / denen war ich ein Abscheuen / und den ich am liebsten hatte / der hatte einen Widerwillen von mir/ &c. Ob schon sprich ich/ Job in diesem seinem Elend wider seine Freund und Verwandte sich beklagte/ so hat er doch bekent / und offentlich gestanden/ daß all sein Creutz / Elend und Trübsahl von der Hand GOttes herkommen seye/ sintemahlen (nach dem er seiner wider GOtt geführten Klag halber

ein

ein guten verweiß bekommen hatte/ Nunquid qui contendit cum DEO, tam facilè conquieſcit? utique qui arguit Deum, debet respondere ei? *Idem. c. 39. v. 32. & seqq.* **und deßwegen ſich auch auf das Maul ſchlagen/ und ſein Wort wider zu ſich nehmen muſte/** Respondens autem Job Domino dixit, qui leviter locutus ſum, reſpondere quid poſſum? Manum meam ponam ſuper os meum, unum locutus ſum, quod utinam non dixiſſem & alterum, quibus ultra non addam) **er endlichen auffgeſchrieben** / *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictũ.* **Der HErr hats gegeben/ der HErr hats genommen/ wie es dem HErrn gefallen hat/ alſo iſt es geſchehen/ der Nahm deß HErrn ſey gebenedeyet:**

Jetzterwehntem Job hat gefolgt / und GOttes Heimſuchen erkant der berühmte Engelländiſche Cantzler/ Thomas Morus, dieſer als er auß einer Legation über Meer wieder ankommen / und ſich fern von ſeinem Hauß beym König auffhielte / verbrant ihme im Auguſtmonat / durchs Feuer/ ſo weiß nicht wie/ in der Nachbarſchafft auffkommen/ ein theil ſeines Hauß/ ſambt allem Träid in Städlen. Solchen übelen Zuſtand thät ihme die Frau durch ihres Tochtermans Schreiben zu wiſſen/ Morus antwortet ſeiner Frauen in Engliſcher Sprach/ wie folgt:

Mein freundlichen Gruß liebe Frau Aloysia, ich vernimm unsere und etlicher Nachbarn Städel und Scheuren seyen sambt allem Getraid verbrunnen. Es ist zwar umb solche menge Traids ein leidiger verlust/doch ist dem Willen GOttes nicht einzureden. Dieweil es dann also GOtt gefallen/müssen wir nicht allein gedultig/ sondern auch gern uñ gutwillig diese über uns außgestreckte Hand GOttes leiden. Es geschehe der Will deß HErrn. Was wir verlohren haben / das hat der HErr alles geben. Weil er aber solches wieder hinweg genoñen / so geschehe deß HErrn Willen. Wir sollen darwider nie murren oder unwillig werden/ sondern gern und gutwillig übertragen/und GOtt grossen Danck sagen/so wohl in Widerwertigkeit als in Wohlfarth. Ja wañ wir recht wöllen außrechnen und bedencken/so ist dieser Schad ein grössere Wohlthat GOttes/ als sonst weiß nicht was für ein grosser Gewinn: Dann was sich zu unserem Heyl schicke/ das weiß GOtt besser als wir.

Ich bitt euch derhalben/fasset ein gutes Hertz / und führet das Haußgesind mit euch gen Kirchen/und sagt GOtt Danck/ so wohl umb das was er uns geben / als umb das was er uns genommen/uñ was er uns noch übergelassen: Es ist GOtt ein leichte Sach/wanns ihm gefällig/ das jenige

nige zu mehren / was er uns noch nicht hinweg genommen. Wil er uns noch mehr nehmen / ſo geſchehe es wie es dem HErrn gefällig:

Man wöll auch nachfrag halten / was für Schaden die Benachbarten gelitten / und ſie ermahnen / ſie ſollē deßwegen nicht traurig ſeyn: dann ich wil nicht geſchehen laſſen / daß meine Nachbarn meines Unglücks und Schadens entgelten ſollen / wann ſchon mein Haußrath biß an ein einzigen Löffel ſoll außgeplündert werden:

Ich bitt euch liebe Aloyſia, ſambt unſern Kindern und gantzem Haußgeſind / ſeyd frölich im HErrn. Diß alles und wir alle ſeynd in GOttes Hand. Am Willen GOttes ſollen wir gäntzlich hangen und haffte / ſo wird uns kein Unglück niemahlen ſchaden können. Hiermit GOtt befohlen. Datum Wodſtock ans Königs Hoff den 13. Septembr. Anno 1529.

Allmächtiger GOtt! wie iſt nicht diß ein ſo reine lautere Ergebung uñ Aufopferung in den Göttlichen Willen. Wie iſt diß nicht ein ſo dapfers Helden Schreiben! Dieſer Haußvater hat in der Creutzſchuel wohl proficirt, diß iſt der Mann / der ſo groſſen Verluſt und Schaden durch vollkommene Auffopfferung und Gleichförmigkeit mit dem Willen GOttes / luſtig und frölich übertragen hat. Diß laß mir

einer ein rechten Straussen seyn/der Eysen schluckẽ und verkochen kan. Seine Scheuẽ seynd verbrunnen / aber nicht sein Hertz und Muth. Sein Hertz war mit Gedult umbgeben und wohl befästiget / dahero hat ers auch gantz vollkommen erhalten.

Nun sehet wie der mildreiche GOtt diesen Schaden / gleich wie dem geduldigen Job/so vielfältig wiederuñ erstattet hab. Im September kam dem Moro die traurige Post / im nechstfolgenden October wird er drauff Cantzler durch gantz Engelland. Hat auch nicht allein neue Würdigkeit / sondern auch neue Reichthumb und Güter überkommen. Darvon er so wohl die vorige Scheuren und Städel wider auffrichten/als auch darzu noch neue erbauen können. Also hats GOtt in brauch/ er führt in die Höll und wider herauß:

XVIII. Das zweite/so einen Politicum zur Gedult im Creutz und Widerwertigkeiten vermögen kan uñ sol/ ist/daß all Unglück und Trübsahl ihme (gleich all anderen Menschen) zu lieb und besten von GOtt gemeint seyen/dieses ist so wahr/als wahr ist/das GOtt ist/ dann er spricht selbsten/ Ego quos diligo castigo, Den ich lieb hab/den züchtige ich: Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias, nec deficias, cùm ab eo corriperis quem enim diligit Dominus,

Prov. 3. v. 11.

nus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi:

Deus, inquit S. Augustinus, nobiscum agit ut solet cum filio parens, ille si peccavit arripit hic, quem primum ad manum habet baculum, eoque filium cædit, qui deinde placatus baculum quidem in ignem abjicit, filium autem omnium bonorum suorum instituit hæredem. Ita prorsus Deus, si quandoque suos ab impiis afflictari patitur, hoc ita agit, ut illos paternâ hic castigatione emendatos, postmodum in beatæ vitæ hæreditatem assumat, impios autem æternis ignibus tradat exurendos: *S. Aug.*

Et alio loco, si quando, ait, afflictorum preces nõ videtur exaudire Deus, id magnâ illorum utilitate fieri credendũ est, scit enim suos rebus adversis tanquam aurum in fornace, magis magisq; expurgari, impios autẽ & qui adversa graviter ferunt, iisdem tanquam abigne paleam absumi: qui animo impotenti iram suam in lædentem restringit, canem imitatur, qui rabiem suam ac dentes in lapidem vertit, præter misso eo qui lapidem jecit:

Ego scio cogitationes (inquit Deus ipse) quas cogito super vos, cogitationes pacis & non afflictionis, ut dem vobis finem, & patientiam. Item, non abjiciet vos anima ambulabo inter vos, Et ego ero Deus vester, vosq; eritis populus meus. Antequam cla- *Hier. 29.* *Levit. 26*

Esai.65. ment ego exaudiam, adhuc illis loquenti-
bus ego audiam. Quomodo si cui mater
Esa. 66. blandiatur, ita ego consolabor vos, Et ego
Esa.49. ipse consolabor vos, Nunquid oblivisci po-
test mulier infantem suum, ut non misere-
atur filio uteri sui, & si oblita fuerit, ego tamē
non oblivisca r, nunquid mihi difficile erit
omne verbum? Nunquid abbreviata & par-
vula facta est manus mea ut non possim re-
dimere, aut non est in me virtus ad liberan-
Esa.30. dum? Nolo mortem impii, sed ut reverta-
tur impius à via sua, & vivat. Qui fidu-
ciam habet mei, hæreditabit terram, &
possidebit montem sanctum meum. Erit
tibi anima tua in salutem, quia in me habui-
sti fiduciam, noli timere, quia redemi te,
& vocavi te nomine tuo, Meus es tu, non
in sempiternum litigabo, neque ad finem
usque irascar: In indignatione mea percussi,
& in reconciliatione mea misertus sum tui,
ad punctum in modico dereliqui te & in mi-
serationibus magnis congregabo te, in mo-
mento indignationis abscondi faciem meā
parumper à te, & in misericordia sempiter-
Esai 54. na misertus sum tui, De manu mortis libe-
rabo eos, redimā eos, & convertam luctum
eorum in gaudium, & consolabor eos, & læ-
tificabo à dolore suo, & feriam eis pactum
meum sempiternum, & non desinam eis be-
nefacere, Noli timere, ego sum primus &
novissi-

noviſſimus, & vivus & fui mortuus, & ecce ſum vivens in ſæcula ſæculorum, & habeo claves mortis & inferni: quid timidi eſtis modicæ fidei? Nonne duo paſſeres aſſe væneũt, & unus ex illis non cadit ſuper terram ſine patre veſtro, nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos, Conſolamini, conſolamini ergo Populemeus, confortamini puſillanimes, quia ego Deus veſter. *Matth. 18. & 10. Eſa. 55.*

Legite, & perpendite hæc, ô vos omnes, qui Chriſti ſanguine redempti eſtis & credite firmiter verum eſſe quæ ſupra diximus, Deum ſcil: omnia quidem mala permittere ita tamen diſponere, ut per hæc ipſa mala ſuam ille bonitatem amoremque erga nos abundanter patefaciant; Nolite timere, cùm de furore, vindicatione, indignitate, crudelitate Dei in ſacris literis plura legeritis. Hæc enim ſimiles vè comminationes in emendationem, & admonitionem noſtram tendunt, Deo optimo in æternum præſtente, *Ira ſiquidem Dei non eſt aliqua perturbatio animi, ſed tranquilla juſti ſupplicii conſtitutio:*

Immenſum hũc erga hominis amorem ſolidèmore ſolito deſcribit pientiſſimus Abbas Bloſius his verbis: ſi bonæ voluntatis es; plurimum te conſolari & exhilarare debet immenſus atque incomprehenſibilis amor, quem Deus habet erga homines. Noveris autem duplicem eſſe ipſam Dei ad homines dilectionem: quarum alteram meritam, alteram *Bloſ. de Conſol. puſil. fol. mihi 324*

teram immeritam dicere poſſumus. Merita illa eſt, quam bonis operibus, virtutum exercitatione, præceptorum Dei, & Chriſti conſiliorum obſervatione, conciliare nobis, & poſſumus & debemus. Immeritam verò illam dicimus, quam ab omni æternitate ex ſua natura Deus gratuitã prorſus, atque immenſam ad nos habuit, quam ſanè meriti non ſumus. Nonnullis quidem aliqua ex parte in hac vita occultatur merita Dei erga ipſos dilectio, ſicut ſcriptura ait. *Neſcit homo utrum amore an odio dignus ſit*: ſed hoc fit in bonum maximamque ſalutem eorum, ut ſcilicet in bonis actibus virtutumque ſtudiis tanto humiliores, & conſtantiores ad finem usque perſeverent, nec ſuperbia intumeſcant, vel negligentia diſſolvantur: quod accidere poſſit, ſi certò illis Dei erga ipſos dilectio conſtaret. Piè tamen credimus (ſalvo judicio melius ſentientium) illam ſcripturæ ſententiam de vulgari duntaxat, & imperfecto homine ſcriptam eſſe, non de eo cujus ſpiritui teſtimonium perhibet Spirirus veritatis, quòd filius Dei ſit, ut dicit Paulus Apoſtolus: Neq; enim ſcriptum eſt, neſcit quisquam, ſed, neſcit homo: id eſt, quatenus homo eſt absque teſtimonio ſpiritus DEI neſcit, utrum amore an odio dignus ſit. Quod autem poſſimus aliquo modo certi fieri de merito erga nos Dei amore, etiam hæc verba Chriſti apertè teſtantur: *Si quis di-*

Rom. 8.

Ioan. 14.

ligit

ligit me, sermonem meum servabit, & pater meus diliget eum. Nam quum DEUS diligat servantem mandata sua, non omninò ambigimus nos à Deo diligi, si præcepta illius sermonesque observamus. Planè si de nostro erga Deum amore certi sumus, etiã de ejus erga nos dilectione minimè dubitamus. Ipse enim dicit: *Ego diligenter eũ diligo.* Modis omnibus prorsus impossibile est, ut incomprehensibilis Dei benignitas, suum amorem deneget iis qui eum verè diligunt. Et hæc ipsa merita dilectio, qua Deus nos ob sibi exhibitum verum amorem complectitur, tam infinita ac vehemens est, ut non intellectum modò sed & omne desiderium hominis superet, nam multò amplius omnem & Angelicum & Humanum vincit amorem, quã ignis, immensus tenuissimã scintillam. Jam quòd ad alteram illam immeritam naturalem gratuitamque Dei erga nos charitatem attinet, sicut certi sumus esse Deum, & à Deo esse conditos, ita de immerito ejus ad nos amore dubitare non possumus, & hæc quoque immerita Dei erga homines dilectio, omnem tum humanum tum Angelicum longè lateque excellit amorem. Quare si omnium matrum amor, fides & benevolentia in unius alicujus genitricis pectus erga unicum natum suum cogeretur, tametsi illa vehementissimè, & temporariam, & æternam filii sui non posset non cupere vitam &

ſalutem, nec ſic tamen tãtus hic matris erga unicum ſuum amor, fides ac benevolentia, poſſet aliqua ex parte æquiparari dilectioni, fidei ac benevolentiæ quam Deus Pater, & Filius & Spiritus Sanctus gerit erga cujuslibet hominis temporariam æternamq; ſalutem. Unde & indubitatum apud te eſſe debet nullam unquam licet indulgentiſſimam genitricem usque adeò vinci, dilectiſſimique filii ſui damnum & interitum doluiſſe, ut benigniſſimus Deus perditionem cujuscunque hominis: utpotè quem tam præclarè ad imaginem & ſimilitudinem ſuã condidit, ac tanti fecit, tantoque in precio & honore habuit, ut illius cauſa nec unico chariſſimoque filio ſuo pepercerit, ſed hunc in acerbiſſimam & maximè ignominioſam mortem tradiderit: idque tanto amoris ardore, & intemperantia, ut ſi nonniſi unus fuiſſet redimendus homo, eundem ipſum ea ratione procul dubio fuerit liberaturus. Certiſſimum eſt Dei charitatem, miſericordiam, & benignitatem æternam nulla unquam ratione poſſe alicujus hominis perditionem damnationemq; velle; nam de ipſo veriſſimè ſcriptum eſt, proprium illi eſſe miſereri ſemper, & parcere, nec velle eũ quemquam perire, ſed omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire. Atquum libera ſit homini data voluntas, isque ea ſponte ac improbè adverſus Dei abutatur volun-

voluntatem, & cunctas illius inſtitutiones, adhortationes, comminationes, præcepta, conſilia, promiſſa benevolentiamque omnem contemnat, atque contra Deum propriamque ſalutem agere pro nihilo ducat: nimirum divina juſtitia (ut dignum & æquũ eſt) condemnat. Eſt autem ipſa voluntatis NB. libertas adeò in hominis arbitrio ſita, ut ſi quis etiam multis jam annis ob ſua crimina damnationi adjudicatus eſſet, poſſet tamen per liberam voluntatem avertendo ſe à peccatis, & ad Deum juſtitiamq; convertendo, redire ab illa damnationis ſententia ad felicitatem æternam: id quòd B. Auguſt. confirmat, dicens ita: *Novit Deus mutare ſententiam, ſi tu noveris mutare delictum.* Itaque præſcientia quidem Dei, qua jam ante novit exordium, medium, & exitum tuum, immutabilis eſt, ſed non item judicium ſive ſententia. Nam ſi centum annis ad ultimum usque vitæ ſpatium in mortalibus vixiſſes peccatis, & ob illa ex divina juſtitia damnationi addictus eſſes, atque ipſo vitæ termino à peccatis averſus, per confeſſionem, contritionem ac pœnitentiam redires ad Deum, ejusq; gratiam tibi conciliares: jam ſententia illa, & judicium damnationis mutaretur, & ipſe ad ſempiternam beatitudinem revocareris. Tangat quæſo animum tuum hæc tanta & tam gratuita Dei in te dilectio. Attentè totaque animi devotione meditare

ejus-

ejusdem conditoris ac redemptoris tui bonitatem, dulcedinem, pulchritudinem, pietatem, misericordiam, charitatem, fidelitatem, atque ejus generis alias illius amabiles perfectiones: quæ sanè tam immensæ atque incomprehensibiles sunt, ut nec scribi, nec dici, nec cogitari satis possint. Enim verò si cuncti Spiritus Angelici omnesque animæ creatæ, & quæ deinceps creandæ sunt, unam aliquam ex prædictis Domini Dei tui perfectionibus perscribere vellent, etiamsi singulis quibusque spiritibus ac animabus tantum suppeteret atramenti, quanta est vastissimi maris unda & membranarũ vicem amplissima cœli moles expleret: attamen antequam decima pars illius describeretur singulorum singula Maria penitus exhauriẽrtur, & cœli singuli tam in omnes partes literis opplerentur, ut ne unum quidem apicem præterea capere possent. Hujusmodi pia meditatio & infinitè gratioré suaviorémque Deum tuum in pectore tuo efficièt, & sanctam confidentiam intimumque amorẽ & gaudium, ac bona omnia intra te adducet: unde fiet, ut jam mortem non inordinatè pertimescas, sed lætus illam expectes: &c. huc usque Blosius.

XIX. Gewißlich würde die unendliche Güte GOttes so viel übels auff dieser Welt mit nicht verstatten/ wofern es uns nicht zum besten und guten gemeint were: GOtt hat zuge-

zugelassen daß der Brüder Neid wider Joseph tyrannisirt/ aber wie viel guts ist ihnen allen und gantzem Egypten darauß entstanden? GOtt hat wider David die Verfolgung deß Sauls zugelassen / aber dem gantzen Jüdischen Volck zum besten. GOtt hat zugelassen/die unbillige Anklag Danielis, doch ihme und anderen zum guten? Was sag ich aber von diesen? hat nicht GOtt selbsten seinen einigen Sohn geben zu unaußsprechlichen Heyl und nutzen deß gantzen Menschlichen Geschlechts? durch diß / was uns widerwertig vorkommt/ leidet er uns zu einem glücklichen Ziel und End/durch so vieler Menschen Sünd und Laster erweitert er sein Ehr und Herrlichkeit / also wird auß GOttes Anordnung der Betrug dem betrogenen in nutzen verwandt/ also hat den Joseph die Gefängnuß den Weg zu hohen Ehren / und Sauls Untreu dem David zur Cron eröffnet.

Unicam in lectoris gratiam adduco historiam, ex qua mirabilis Dei dilectio & bonitas quatantenus dignosci poterit: Narrat de se ipso Ephræm, Diaconus olim Edessenus, sequentia: A parentibus (ait:) in suburbium missus aliquando in medio nemore, à nocte oppressus sum. Opiliones, qui gregem in silua pascebant, occursantes quærunt, quo sub imminentem jam noctem tendam?

Eph. tom. 2. p. 162. tom. 3. p. 599. apud Steng. to. 3. c. 38.

tendam? Miſſu parentum, inquam, ad ſuburbium illud propero. Diverte, inquiunt, ad nos, occiduum jam ſolem vides, prima luce reliquum viæ decurres. Victus humanitate, paſtorum mapalibus ſucceſſi. Sed, intempeſta nocte, ovilibus inſidiatæ feræ gregem invaſere, totâ ſiluâ diſtulêre. Poſtera die Magiſtri pecoris caulas inanes conſpicati, me furibus ducem rati, ne quidquã diuûm hominumq; fidem implorantem prætori vinctum ſiſtunt, qui cuſtodiæ mandatum, duobus reis adjunxit, quorũ uterq; exors criminis, cujus affinis putabatur; occulta tamen vindicta numinis utrumq; proſequente, in ſuſpicionem alter cædis, alter adulterij inciderat. Jam quadrageſimum diem in carcerem trahebam, cùm ſe dormienti ſpecies ephebi vultu formidabilis offert, qui me tamẽ placidè affatus: Ephræm, inquit, quis te caſus tulit in vincula? Domine, inquam, aſpectu tuo perculſus totis artubus contremiſco, fatiscoq;. Pone metum, inquit, & cauſſam vinculorum expone. Domine inquam, miſſu parentum in ſuburbium feſtinabam, ſed tenebris occupatum cuſtodes pecoris in tugurium invitârunt; interim de nocte gregem lupi invadunt, ac tota ſilua diſpergunt. Hinc ego, poſtera luce, à paſtoribus arbitrantibus, ductu meo prædones ad ovilia penetrâſſe, ad prætoria vinctus, quamvis inſons meramque calumniam

niam passus, raptus sum. Heu quali me portento involvit fortuna? an potius DEUS, sine cujus nutu nihil accidit?

Quid hîc ulterius Ephræm vel dicere potuerit, vel cogitare, facilè quis de se ipso conjiciet. Nam jam parentum, ex amissione filij tam chari, dolor illi ob oculos versabatur, jam carceris pædor, & diuturnitas; jam innocentia conscientiæ certò scientis, se hîc reum non esse; jam torturæ metus; jam malitia aut suspicio tam perniciosa pastorum; jam judicis severitas; jam ipsius Dei omnia videntis, & prohibere tantam injuriam potentis, durissima permissio. Multi usq; ad impatientiam, & blasphemias prorupissent, dixissentq;, *Qui non deliquit, decet Audacem esse confidenter pro se, & proterue loqui.* Non fecit tamem Ephræm, sed se suaque omnia Deo permisit, & ad preces confugit; mansuetaque oratione ephebo querelam obtulit se esse innocentem. Hîc mihi jam adeste, quicumque vos sine peccato esse putatis, & innocentiam semper obtenditis, Deumque de injustitia, & peccato arguere vultis, quoties vobis aliquid est patiendum; quoties cõtumelia, injuriaque irrogatur; quoties filius moritur, aut villa incenditur, Nimirum *nulli mortalium injuriæ suæ parvæ videntur: multi eas graviùs æquo habuêre.*

NB.

Plaut. in Amph.

Sallust. in Catil.

Angelus (aliud enim non fuit Ephebus ille) auditâ adolescentis Ephræm querelâ,

reni-

renidenti vultu: Novi, inquit, ego te extra crimen hoc positum, impactamque tibi puram putam calumniam; sed nondum satis versatus es in divinis judiciis agnoscendis. *Nemo invenitur, qui se possit absolvere, & innocentem quisque dicit, respiciens testem, non conscientiam.* Senec. li. 1. de Ira. Disce ergo justum esse tribunal Numinis, nihilque, sine gravi causa, malorum hominibus immitti, Talibus semper hominem vel erudit, vel polit, vel plectit. In plurimis id evenit:

Nec enim fortuna querenda
Sola tua est, similes aliorum respice casus,
Mitiùs ista feres.

Exemplo sint gemini illi juxta tecum vinculis constricti, ambo ejus, cujus insimulantur, noxæ immunes, sed percunctatus intelliges, cur illos in custodiam æquitas divina dari permiserit. Hæc tatus adolescens, ex oculis abijsse visus est. Expergefactus ego simul ac diluculavit, compelloutrumq; Qui vos, inquam, fratres in hanc caueam casus compegit? Cædis, inquit alter, accusor & cædem nullam unquam feci. Ego alter, inquit, alterius violasse torũ dicor, cùm feminam alienam numquam attrectârim. Enim verò quid aliàs à vobis olim peccatũ est? aut cujus causa in has ærumnas permissu numinis devoluti estis? Ante non multos dies (inquit ille falsæ cædis reus) cũ

extra

extra mœnia flumini pontem impositum transirem, secuti me alij duo in ipso ponte altercari cœperunt, gliscenteq; sensim rixâ ad manus venêre, ubi valentior alterum de ponte in subter fluentem undam præcipitavit, & se sub duxit: Ego propter alveum inambulans illi cũ fluctibus luctanti, opemq; meam ultimis votis & lachrymis suppliciter imploranti manum facilem non porrexi, passus infelicem diu multumq; frustra contra torrentem niti, & me præsente spectanteq;, vorticibus fluminis abripi & hauriri. Hinc, opinor, ira cælestis me justè persecuta in hos calumniæ casses & vincula cõjecit. Dein alter falsa adulterij suspicione circumventus: Et ego, inquit, meum vobis facinus exponam: Biennium est cùm gemini fratres defunctis parentibus amplissimam hæreditatem adierunt, à quibus, nondum divisa sorte, soror orba & vidua suam partem exigebat, quam inficiaturi sororem instituerunt calumniis opprimere. Fornices innocenti vagamque libidinem objiciunt; negare illa, & jurejurando affirmare, se puram & omnis culpæ expertem; instare illi, se testibus convicturos, nocentemque patrimonio exturbaturos. Benè sibi conscia soror conditionem admittit. Conveniunt me fratres, paciscuntur quinquaginta aureos, in calumniam, spondeo, præsentibusque fratribus & sorore, aliisq; testibus jurejurãdo confirmo,

ſcortum eſſe, ejusque rei me conſcium jūro dejeroque. Ita mulier paterna hæreditate & patrimonio ſpoliata eſt; & ſimul innocens per nos infamiâ notata. Hoc meum facinus, adulterium, de quo poſtulor, nunquā cogitavi. Et te inquiunt, quæ cauſa nobis ſocium vinculorum adduxit? Narravi de oviū grege à feris direpto meque eo nomine in culpatum eſſe:

Poſtridiè prætor ſontes ad Tribunal iſti jubet, & quæſtionibus ſubjici. Primus de cæde & vi appellatus, conſtanter negat factum. Torqueri juſſus eâdem conſtantiâ perſeverat in tormentis. Soluto primo, ſecundus pro adultero habitus ducitur, parique ratione tortus adulterium inficiatur. Ego interim metu propè exanimatus trepidabam & pavebam, magnamq; vim lachrymarum profudebam, ut qui perinde me, ac cæteros, ad ſupplicium quæſtionum adductum ſcirem. Quin & lictorum turba me lamentantem petulanter irridere, & dictis inceſſere. Serò ploras, improbe puer, tum plorandum erat, cùm ſcelus admiſiſti, jam nunc in medium & tu proditurus es. Quæ vox adeò vulneravit animum meum, uti tantum non defectus ante mortem morerer. Tandem pronuntiatâ in duos ſententiâ videri innocentes, abſoluti ſunt, ac dimiſſi. Ego impetio prætoris reductus in cuſtodiam. Alteros 40. dies ibidem exegi, cùm tres alii in eun-

dem

dem meum carcerem compinguntur, re-verſusque ad me ille adoleſcens, qui mihi per quietem viſus erat, &, Ephræm, inquit, percontatus es ex duobus illis, quid pecca-verint? ego verò, inquam, & prolixè expo-ſui omnia, quæ ab iis didiceram. Intelligis ergo Iudicia Dei juſta? En duo hi gemini illi fratres ſunt, qui ſororem falſa ſtupri cri-minatione oppreſſam bonis paternis exue-runt. Tertius eſt ille, qui deponte hominem in flumen dejecit, cujus vi ac impetu abre-ptus interiit. Ego mox ut illuxit, adortus ſingulos, de ſingulis quæſivi, qua culpa fue-rint comprehenſi; & in nervum dati? Cùm alii cædem falſam, alius adulterium nequid-quam cauſaretur, & omnes ſe innoxios di-ctitarent, Regredimini, inquam, in memo-riam ævi antè acti, & annales vitæ veſtræ re-cognoſcite; forte jam olim aliquid peccâſtis, nec dum expiaſtis. Hîc illi faſſi calumniam ſorori factam; & ademptam hæreditatem. Tertius depontanum illum à ſe in aquas præcipitatum dixit. Extorta à ſingulis con-feſſione, aperui, quæ cognoveram de aliis, qua illi narratione attoniti formidare cœpe-runt vindictam divinam.

In ſequenti die Quæſitor omnes ad publi-cum Tribunal adduci præcipit: ubi, ſpectan-te toto populo rotarum gyris adſtricti diuq; excarnificati facinora ſua omnia ediderunt; cædes, adulteria, calumnias; lataque ſenten-

tia me præsente in furcam acti animas exhalârunt. Quid mihi tunc animi, quis sensus ac trepidatio fuit? Lictores enim, age puer, inquiunt non ita quæstionem, ut nuper evades; quib. ego exsternatus mortuo propior, quàm vivo videbar. Dein prætor, puerum, inquit, veste spoliate, spoliatum loris à manibus pedibusque distendite, nervisque bubulis mactate. Hîc ego cœlum mille votis oneravi, Deumque infimis precibus placare conatus, Religionem professurum spopondi, si me præsenti supplicio eximeret, & vinculis expedito salutem expediret. Audire mox Dei clementia visa lacrymabiles gemitus meos; Ex concilio judicum primus monet prætorẽ, ut si videretur, in aliud tempus cognitionem rejiceret meæ causæ. Prandii horam esse, reducor ergo oneratus ferro in vincula, aliosque dies quinque supra viginti in custodia solus exigo. Cùm ecce tibi, rursus ille juvenis (haud dubiè tutelaris Genius) mihi jam tertium, adstat & compellans: satisnè credis jam, inquit, justo Dei Iudicio

NB. mundum administrari? Nec quidquam contra æquitatem fieri? plus satis, inquam, intellexi, *Mirabilia opera Domini, & investigabiles vias ejus.* Nec enim tantùm intellexerat, quam justo Dei judicio in carceris sui socios fuerit animadversum; sed prima statim vice, quâ Angelus ei apparuit, digitum intendit ad causam tantæ calamitatis, miserum

rum ſcilicet pecus, quod crebra lapidatione, confecerat; quam caulam ipſe etiam ceteris captivis ingenuè detexit:

Nam menſe uno antè, quàm in carcerem daretur, quid fecerit ipſe ſic narrat: cũ puer, inquit, ſanè malè moratus, juſſu parentum ſuburbium peterem, repertam in ſaltu buculam fœtu gravidam cœpi crebra lapidum inſectatione eò usque perſequi, donec onere ventris & curſu fatigata concideret. Mortua feris per noctem in prædam ceſſit. Ego cœptum proſecutus iter obviam habui juvencæ dominum, ultimæ ſortis & fortunæ hominem, ſolicitè pecudem amiſſam veſtigantem, meque per amanter ſalutantem; rogantemque an aberrantis alicubi bovis veſtigia in ſilva deprehendiſſem? Ego, ut me extra ſuſpicionem facti ponerem, nullo dignatum reſponſo, inſuper etiam contumeliis oneratum dimiſi. Altero poſt menſe eandem viam remetiri juſſus, in nemore à nocte interceptus, & his malis exceptus ſum, Deo delictum vindicante. Poſtquam ergò & agnovit malum ſuum meritum & ſociis vinculorum id aperuit, tandem tertia vice apparenti Angelo, laudata divina æquitate, ſupplex factus, obſecro Domine, dixit, qui me tam clementi affatu in ultimis his periculis & ærumnis meis dignatus es, aſſere me ex vinculis in priſtinam libertatem, ege tibi viciſſim totum vitæ meæ ævum devo-

veo, despondeoque: Monachum profitebor, & in omni vita sincera fide Deo serviam. Subridens ille: semel duntaxat adhuc ad Tribunal sistêris, & missionem accipies. Ah! Domine, inquam, minas & plagas judicis pertimesco, & reformido, rursum ille placidè: tam graviter te peccasse non oportebat; nunc quoniam, ob improbitatem tuã, tu ipse te his calamitatibus implicasti, quid agam? Enim verò non multa patieris, succedet huic novus prætor, qui te missum faciet; & cum dicto recessit: Anxius ego propter eventus incerti exspectationem. Post quartum diem novus prætor Magistratum init, parentibus meis familiariter notus, qui octavo, quàm inierat præturam, die quærit ex præfecto carceris, quos teneret in vinculis. Neminem, inquit, præfectus, præter puerum, productum in quæstionem agnoscit, & nihilo seciùs ex legum præscripto causam cognovit, & absolutum dimittit. Ego præter exspectationem absolutus rectà in montem profectus ad venerandi senis pedes procubui, statuque vitæ & discriminis explicato in verba religionis & Monachi juravi: &c.

NB. En quam incomprehensibilia sint judicia Domini! quam investigabiles sint viæ ejus! En quomodo homines sæpè se ipsos fallant, dum putant se innocentes! Etsi enim in ea re non deliquerint, ob quam carceri addicuntur,

tur, aut alio pacto acculantur, damnantur, puniunturvé; tamen Deus scit, videtque eos aliunde pœnam commeruisse, quâ prõinde illos sinit plecti. Itaque si cui malè aliquid succedit, si mittitur in lapicidinas, si venit ad Charontis januam, si fit velhosti miserandus, si malis mala succedunt; non dicat, se innocentem pati. Esto non fecerit quod feciſle dicitur; tamen aliquid patravit, ob quod nefastum diem est meritus. In titulo homines errant, non errat Deus in supplicio. Imò sæpè, ubi culpam vel nullam, vel non nisi exiguam agnoscit quispiam, ibi divina statera scelus repetit. Ephræm ludens vaccam occidit, & ecce quam diuturno carcere, quantoque tormentorum, ac ipsius mortis discrimine ludum illum luit? ludunt & alii quotidiè; sed ita ludunt, ut ii, qui excubias agunt in Naupacto: rident, dum peccant; ut dum non peccant, fleant, sinit enim Deus justissimè injurias, injuriis cõpensari!

Audiant & ruminent has historias animalia munda; immo & immunda, ut munda fiant. Audiant & expendant divinam in ira clementiam, quicumque, dum vestem, pecuniam, equum, aut aliud perdiderunt, dum grando fruges percussit; dum alter innocentes calumnia affecit, infamia fœdavit, etiam apud judices falsa accusatione damnum intulit, vincula procuravit; qui vicinos habent conviciis assiduis lacessentes, aspe- NB.

rum Dominum, crudelem maritum, rixoſam conjugem; qui etiam ab hoſte capti rigidè barbareque tractantur; qui adverſa hæc impatienter ferunt, angore caneſcunt, ſibi capillos evellunt, unguibus genas lacerant, flent, ejulant, ſolatium nullum admittunt, queruntur ubiq;, iraſcuntur, excandeſcunt, blaſphemiis Deum aggrediuntur & maledictis; in omnes ejus creaturas execrationem ſpargunt, immò deſperant, ac Deum ſui oblitum arbitrantur. Audiant, inquam, exclamat Steng. loc. cit. has hiſtorias, & diſcant, in rebus adverſis, non jacturam fortunarum, honorum, nominis, valetudinis, libertatis, non calumniantes, non ipſam calumniam, aut injuriam, ſed altiora Dei conſilia conſiderare. Non culter, ſed animus chirurgi eſt aſpiciendus. Sæpè in brachio aperitur vena, ut febrilis ardor abeat è capite. Piſces ſunt in mari, teſte D. Ambroſio aliisque, qui Aquilonibus undas ſurſum ac deorſum vertentibus, procelloſiſſimis in tempeſtatibus, ne in exitium abripiantur, rupi adnatanteiq; conjunctiſſimè adhærent, donec deſæviant undæ, & ad priſtinam redeant tranquillitatem. Inter mortales quoque ſæpè vælaniunt venti, & horridæ tempeſtates excitantur; Alii linguis, alii dexteris; alii verbo, alii ferro vulnerantur; quid tunc faciendum? ad divinam providentiam juſtitiamq; recurrendũ eſt; neq; ab ea latum unguem recedendum, donec tempeſtas ſerenetur: Severi-

Severinus Boëtius ſchreibt gar weißlich hiervon/ Es iſt/ ſpricht er/ ein Ordnung die alles in ſich begreifft/ alſo/ daß wo ſchon etwas auß ſeiner ſchuldigen Ordnung weichet/ kommt es doch/ wiewohl durch ein anders/ widerumb in die Ordnung/ daß alſo im Reich der Vorſichtigkeit einigen Frevel durchauß kein Gewalt zugelaſſen wird/ zumahlen dann kein Menſch/ GOttes Werck mit Verſtand begreiffen noch außſprechen kan/ ſondern ſol ihm gnug ſeyn/ daß alles ſo von GOtt geſchicht vnd verhängt wird/ uns zum beſten zu unſerm Heyl und Wohlfarth gemeint ſeye:

Iſt nun dann alſo/ hat GOtt alles was er verhängt von Ewigkeit her beſchloſſen/ zu verhängen/ hat GOtt zu ſolcher Verhängnuß rechtmäſſige Urſach/ welche allein ultimatò dahin ziele/ daß zuförderſt ſein Ehr/ Gerechtigkeit/ Weißheit/ Güte/ Miſericordia und Prævidenz, ſo dann unſer Nutz/ Beſtens und Wohlfahrt erſcheine/ warum̃ wöllen wir uns der höchſten Fürſichtigkeit widerſetzen/ und nicht vielmehr all unſer Creutz und Leiden dem wohlmeinenden GOtt zuſchreiben? GOTT iſt ſo gut/ daß er keines Wegs einiges übel zulaſſen würde/ wo er nicht auß ſolchem ein gröſſeres Gut/ Nutz und Heyl wiſſete herauß zu erheben; Hierüber diſcurrirt der

S. Aug. tom. 3. Ench. c. 27 & 11

Heil. Augustinus gar schön: GOTT hat darfür gehalten / spricht er / daß es besser seye / auß dem übel etwas guts machen / als gar kein übel verhängen / dann GOtt / als das höchste Guth liesse mit nichten was böses in seinen Wercken passiren und gelten / wo er nicht so Allmächtig und gut were / daß er auch vom bösen und übel könte guts machen:

Theod. Bern. l. 11, de perfever.

Sehr Subtil / spricht Theophilus Bernardinus, schleicht GOTT ein in unsere Sünd und Verbrechen / nicht zwar als ob ers gut heisse / und deren theilhafftig seyn woll / sondern als derselben Hasser und Straffer / der auß dē übel viel guts / gleich als Feuer auß dem Wasser herfür bringt:

XX.

Welches damit der Günstige / und sonderlich deß Lateins unerfahrne Leser recht und gründlich verstehen möge / so ist zu wissen / daß die jenige / so uns beleidigen / zweyerley Personen vertretten / eine / in deme sie uns übel wollen / und ein Länd zuzuführen gedencken / die andere / in dem sie das Böß so sie wider uns im Sinn und Willen gehabt haben / uns Werck stellen können / und der Göttlichen Gerechtigkeit / die uns also heimsuchet und straffet / Instrument und Werckzeug seynd: in der ersten Person / als Mißgönner / könten sie uns nicht schaden / weilen sie aber auch die andere Person vertretten / seynd

sie

sie (wiewohl unwissende) ein Werckzeug Gottes/der uns seiner Gerechtigkeit nach/ straffen thut / also seynd GOttes Geysel gewesen der Nabuchodonosor, der Attila, der Totila, der Tamerlanes, die zwey Vespasiani, welche letzte zwar / ihre Herrlichkeit und das Reich zu erweiteren / die Juden verfolgt haben / in der Warheit aber warē sie der Raach GOttes rechte Scherganten und Henckers Knecht wider die Gottlosen:

Nun frag ich dich/ Günstiger Leser/der du dich über dein habendes Creutz / Unglück und Widerwertigkeit beklagest/was klagstu in dem Menschen an / der dich beläidiget hat? Klagstu über seinen Willen/ in dē er dir Läid thun wöllen / oder seinen Gewalt/in dem er dir Läids thun können? oder klagstu über beyde zugleich? über beyde wirstu sagen/ ich aber wil dir erweisen/ daß du weder eines noch anderes billich anklagst: Uber den blossen Willen dessen so dir hat wöllen schaden / kanstu dich nit Fug nicht beklagen / dieweil der Will ohne Gewalt unvermöglich ist/ dir auch im wenigsten nicht geschadet hat/ propositum siquidem in mente retentum nihil operatur; Uber den Gewalt aber/damit er dich etwan beläidiget hat / kanstu darumb nicht klagen / weil solcher Gewalt von GOTT / folglichen dann ein gerech-

gerechter billiger Gewalt ist: Dann aller Gewalt ist von GOtt. Wie beklagstu dich dann/ daß er dir so viel zufügen kan / als viel GOTT ihm zugelassen und verhängt hat.

Rom.c. 13.v.1.

Du sagest aber / es geschehe dir groß Unrecht/nein sag ich / GOtt strafft deine Sünd / uud probirt deine Gedult: So thut dirs auch nicht so wehe/wann du hörest / oder weist daß dein Nächster ein bösen Willen wider dich hat / als wehe es dir thuet/ wann er dir hat schaden können/ und würcklich geschadt hat: Nun aber/ woher hat er dir schaden können? ohne zweyfel aus Gewalt und Verhängnuß GOttes; Ist es dann aus GOttes Gewalt/so ist es ja auß gerechtem und heiligem Gewalt. Derowegen drucke dir in allem deinen Creutz diß wohl zu Hertzen/ daß nemblich GOtt nie wirdt verhängē/ daß dir eines anderen boßhaffter Will/ das wenigste zu zufügen sich under stehen könne / es geschehe dann dir zu Gutem/ wofern du anderster dir nicht selbsten im Licht stehn/ und verhinderlich seyn wilst: Förcht den Feind nicht / sagt gar schön der heilige Augustinus, er kan mehr nicht/ dann er im Gewalt hat/ förchte den / dessen Will und Werck in gleicher Macht stehen/ und alles Recht ist/ er thue was er wölle:

S. Aug. in Ps. 61.

Wohlan/

Wohlan/sprichst du/wann einer einen unschuldig ermordet/ thut er recht/oder unrecht? Er thut Unrecht/warumb verhängts deñ GOtt? Lieber Freund!/ wer bist du/daß du mit GOtt disputiren wilt/ spricht auch ein Werck zu seinem Meister/ warumb machst du mich also / hat nit ein Häffner macht über dē Leymē? Viel seind durch dieses ungereimte Warumb verdorben und zu Grund gangen/GOttes Anschläg und Fürnehmen kan ich dir nicht sagen/ dann wer ist sein Rahtgeber gewesen? Dieses aber kan ich sagen/daß der Mensch so einen andern unschuldig umbgebracht/Unrecht gethan / und daß solches nicht geschehen köndte/ wanns GOtt nicht verhängt / und ob schon der Mensch Unrecht getahn/hat doch GOtt solches nicht Unrecht verhängt / sinne nach wann du kanst / eckle auß / wann du kanst/besiehe was dir der Ungerecht/ und was dir der Gerecht getahn/der Ungerecht hats wöllen/der Gerecht hats verhängt /den ungerechten Willen sol man verdammen / die gerechte Verhängnuß sol man loben/dann GOtt verhängt mit rechter Maaß/Zahl/und Schwähre.

Auß diesem aber schliesse bey Leib nicht/ daß eines Menschen Sünd desto mehr oder leichter Verzeihung verdiene/ weil GOtt ein grösseres Gut darauß erhebt/

dann

dann der Mensch giebt nur allein ein Gelegenheit zum Guten / und nicht ein Ursach/so giebt er auch so gar die Gelegenheit nicht auß sich selber/sondern auß lauter Uberflus der göttlichen Güte. Wann einer eines armen Hauß anzündet/hat er darumb nicht desto schlechter Sünd gethan/weiln es der Arme gedultig gelitten/ oder weil ihme etwan ein besseres ist geschenckt worden/eines anderen güte Tugend/und Glück/machen deß Brenners Verbrechen nicht schlechter/oder ringer/ also auch wird kein Sünd darumb weniger Sünd seyn/ daß sie ein Gelegenheit zum guten gewesen ist.

Hier hätte ich die erwünschte Gelegenheit dem günstigen Leser in etwas zu deduciren, wie durch die geheimbste und tieff verborgene Urtheil GOttes der göttliche Will zu erkennen seye/weilen es aber meinem Vorhaben nit aller Dings gemäß / die Materi mir viel zu hoch / ich auch / alle Augenblick vorfallender Geschäfften halber / sehr zum End eyle / als wil ich den günstigen Leser zu denen Herrn Theologis (quorum manus lubens exosculor) hiermit verwiesen / beneben aber dieses versichert haben/daß der nechst und beste Weg zu ruhe deß Gemüths seye/wann man nicht auff die Menschen/die uns unbild thun/sondern auf Gott siehet/der die

unbild

unbild verhängt / wann man nicht acht/ wie oder wer uns beleidiget / ſondern gedenckt/wer der jenige ſey/ welcher die uns beleidigen / nicht verhindert.

Drittens ſol und kan ſich ein Politicus in ſeinem Creutz und Unglück deſto ehender finden/wann er betrachtet/daß Trübſahl uñ Widerwertigkeit auff dieſer Welt ein allgemeines Ding / und nöch keiner gefunden worden ſeye / der nicht dergleichen außgeſtanden habe? Quod omnibus commune eſt, intolerabile nemini eſſe debet: und wo iſt doch irgends ein winckel/ dar ein nicht Widerwertigkeiten kommen? wo iſt ein ſo wohl verwahrte und verborgene Ruhe deß Lebens / die nicht ein Schmertz überrumple und erſchrecke? kehr und wende dich wohin du immer wilſt/ ſagt Seneca, ſo werden doch die Menſchliche Zufäll und Ubel / umb dich herumb ſauſen/ in der gantzen Welt iſt kein Hauß/ iſt auch nie keines geweſen / das nicht ein Länd oder Trübſahl hätte/ ſo wirſtu auch kein ſo elendes Hauß finden/ das nicht ein Troſt habe an einem noch elenderen/ jeder Tag hat ſein Zuſtand/ und ein jede Stund hat ihr abſonderliches Elend: Mit einem Wort nichts iſt auff dieſer weiten Welt/ das nicht ſein Anſtoß habe: was iſt ſchöner und wunderlicher als die Sonn? und dannoch hat ſie ihre Macklen / dannoch

wird

wird sie mit Wolcken überzogen / täglich muß sie sich under den Eroboden vergraben lassen / und offtmahlige Finsternussen außstehen. Was vor grausame Widerwertigkeiten befinden sich nicht täglich in den 4. Elementē? Die schönste Bäum bringen auch würmige Oepffel: Die schönste Stätt haben auch schlechte Häuser und enge Gäßlein / in den köstlichen Pallästen gibt es finstere Schlupfwinckel / und seynd die künstlichste Gebäu vielen Ungelegenheiten underworffen; Ach! was ist der Mensch selbsten? wie offt verendert er sich in einem Tag / ja wohl in einer Stund / alle Werck der Natur schreyen und sagen uns / Hic jacet anguis in herba, hier und allenthalben liegt ein Creutz / Jammer und Elend verborgen:

Wollen wir uns ein wenig in den sinnreich- und sittlichen Wercken beschauen / so sag mir günstiger Leser / wo ist das Buch so kein fehler noch mackel hat / es seye gleich von dem Buchschreiber selbsten / oder aber vom Buchdrucker? Wo ist ein Ehr / Dignitet, Charge, und hohe Verrichtung / daran nicht auch ein Bürde / Beschwernuß und Last hange? Osteren und Marterwoch seynd nicht weit von einander / wo ist der Mittag oder Nacht / die nit ihre Ungelegenhit habe? Bey den Heyden seynd die Tempel der Mühe und Arbeit /

beit/ ſo dann der Würden und Ehren beyſammen geſtanden/ und hat man in den Ehren-Tempel nicht kommen können/ man ſeye dann zuvor in den Mühe- und Arbeits-Tempel eingangen/ in Summa es iſt überall Süß mit Sauer/ Honig mit Gall/ Gutes mit Böſem vermiſchet:

Es fingiren die Poeten es habe der Wollust und der Schmertz vor dem Jupiter der Præcedenz halber einander verklagt/ und keiner der anderen weichen wollen/ darauf ſey nun endlich dieſe definitiv erfolgt/ daß beyde zanckſüchtige Partheyen mit einem unauflöſlichen Band zuſammen gebunden/ uñ alſo ewiglich beyſammen bleiben ſollen: Und was iſt wunder? iſt nicht allen Creaturen angebohren/ daß ſie zur Enderung und unverſehenen Zufall geneigt ſeyn? Gleich wie dem Eyſen ein verzehrender Roſt von Natur anhangt/ und dem Holtz das faulen/ alſo iſt auch in Thieren/ in Stätten/ Land und Leuten ein innerliche Urſach/ warum ſie letzlich einmahl müſſen zu Grund gehẽ:

Eſt & Regnorum ſua mortalitas Provinciæque tanquam pilæ dadatim de manu in manum propelluntur; und gleich wie die Flüß ins Meer lauffen/ alſo muß alles Menſchliche weſen durch dieſen Canal deß Undergangs zu ſeinem Ziel flieſſen/ diß Ziehl aber iſt der Todt/ und das Verweſen/ worzu *Mag. de advoc. arm.*

Creutz/ Unglück und Widerwertigkeiten die Werckzeug seynd:

Nemo in hoc mundo ab afflictionibus immunis est, nec aliquis ordo tam sanctus, nec locus tam secretus est, ubi non sint adversitates, una tribulatione accedente alia supervenit & semper aliquid ad patiendum habebimus, per solam fugam non possumus vincere, sed per patientiam, & veram Humilitatem omnibus hostibus efficimur fortiores.

Thom. de Kemp.

Als dem König Artaxerxi ein gar lieber Freund gestorben war/ schickt er in Joniam zum Democrito, daß er ihme diese Freund/ wans ihme anderst möglich/ wiederumb ans Tagsliecht brächte/ oder ob er nicht sonst ein Mittel wisse/ den alten Freund wiederumb herfür zu bringen. Democritus antwortet/ man begehre ein sehr wichtige und schwere Sach an ihn/ wans aber ja der König wolte/ und was Democritus zu solcher Sach begehren würde/ einwilligen und anstellen kunte/ so mochte ers ins Werck richten. So mach nun sagt Democritus, auff deß Verstorbenen Grab diese überschrifft: dreyssig Namen deren Personen/ so biß auff das zwantzigst Jahr ihres Alters/ nie kein Schmertzen empfunden/ und denen nie nichts wehe gethan/ sollen auff den Grabstein eingehauen werden. Solche glückselige Namen suchte man

man hin uñ wieder mit gantzen fleiß/ man hats aber noch niemahlen und an keinem Orth finden oder erfragen können/ man wirds auch / wie leichtlich zu glauben/ zu keiner Zeit mehr finden:

Hier wil ich pro quartò, nicht lang anziehen/ den nutzlichen Effect, so Trübsahl und Widerwertigkeiten nach sich ziehen/ und die vielfältige Tugenten / so gemeiniglich/ auß Creutz uñ Unglück geschöpfft werden/ sintemahl bekant/ daß man nicht leicht-noch ehender/ als unserm Teutschen Sprichwort nach / mit Schaden witzig wird: Dieses bezeuget der König Crœsus bey dem Herodoto, Ob mir zwar/ sagt er/ meine üble Zuständ und Unglück heib und bitter gnug waren / so seynd sie mir doch ein Underweisung und Lehr gewesen: Nec ulla causa, inquit S. Augustinus, probabilior occurrit, cur justi homines plerũq; in hac vita patiantur, nisi quia hoc eis expedit: XXII.

Ita, sed serò nimis, quod nocuit, docuit illustrissimum quondam Hiberniæ Proregẽ Thomam Wentword Comitem Straffordiæ Londini 22. May. 1641. capite plexum, prout ex doctissimis ipsius literis, quib. tum Regi, tum Angliæ Proceribus, atque Magnatibus, item Conjugi suæ in turri Londinensi valedixit, antequam ad ultimum supplicium deduceretur, perspicere licet, tenor autem literarum ad Regem hic erat:

Serenissime Rex.

XXIII. In omnibus hisce turbis nihil mihi molestius nec gravius accidit, quàm quòd talis habear, & existimer, qui Regiæ Vestræ Majestati ea persuadere voluerim, quęad simultates inter Regiam vestram Majestatem, & subditos serendas tendentia illudefficerent, ut tria Regna hæc florentissima ex pāce & quiete in turbulentissimum statum conjicerentur:

Veritati maximè congruit (si statum meũ præsentem, vivendique conditionem privatam accuratâ pensiculatione excussero) enorme à recta ratione facinus ejusmodi delirationem futuram fuisse, quandoquidem clementissimus Majestatis vestræ favor ad eos honorum ampliſſimorum gradus me vexerat, ad quos summos nulla major accessio fieri poterat, adeò ut nil mihi amplius expetendum restaret, atque id unicum maximè placeret, ut in eo conditionis meæ statu firmus hærerem, in quo Serenissimæ vestræ Majestatis benevolentia me collocare dignata fuerat:

Totum itaq; negotium ὕστερον πρότερον conceptum inversâ interpretatione in pejus detorquetur; Majestatem enim vestrã minimè latet misera, & humilia mea consilia semper eò spectasse, illudq; unicum proposuisse, nec Majestatem vestram, nec populum Majestati vestrę subjectum ullounquam tempore

pace

pace quietâ, ſtabili, & proſperâ frui poſſe, niſi mutuâ concordiâ coaleſcentes ſanoſenſu mutua verba, & dicta interpretemini, ad quod effectui dandum & ſtabiliendũ aliud remedium nullum inveniri, nec offerri, niſi Parlamenti conſilium & conſenſus unanimus, ac fiducia veſtra Regia, quæ fidelitate, & ſingulari animi ſubditorum veſtrorum Anglicorumpropenſione freta omnes difficultates ingruentes, ærumnasque ſtatui veſtro Regio, Regnisque imminentes prævevenire, ac antevertere novit:

Verum hâc in parte cum infelicitate enormi conflictor, quod veritas hæc nec locum deprehendat, nec fidem inveniat: contrarium enim apud univerſos majorem fidẽ mereri videtur, & ego judicor diſſidio aliquo Majeſtatem veſtram à populo ſubdito disjungere voluiſſe; Quæ cenſura profectò, aut quod judicium, uti mihi perſuaſum habeo, multò ac longè graviùs eſt, quàm quod ab ullo nobili genere oriũdo tolerari queat: Jam ad aures meas pervenit, ex quo percipio, populum majori indignatione contra me inflammatum & accenſum eſſe, quanquam Majeſtas veſtra apertè aſſeveraverit, quod Regia veſtra opinio nullã in me proditionis noxam perveſtigare queat, eaq; de cauſa religioni ducat, ſententiæ me capitis condemnanti ſubſcribere, utpotè quã conſcientiæ ſuæ contrariam offendat.

Maximis animi anguſtiis involvor, modò mihi ante oculos verſatur interitus liberorum, & familiæ meæ, quæ nunquam adhuc ramum aliquem ullo aliquo crimine fœdo inquinatum produxit. Modò oculis meis ſubjiciuntur multæ ærumnæ, & difficultates, quibus non modo ſacra veſtra Majeſtas, verum & totum hoc regnum impediri, & implicari poteſt, ſi Majeſtas veſtra & Parlamentum diſſenſione aliquâ diſſideretis, nec eâ qua poteſt & quæ ad Regis populique ſalutem incolumitatemque conſervandam requiritur, ratione, deſideria mutua expleretis. Modò etiam in conſpectum meum prodeunt vita & mors, ex quibus, illa apud mortales maximo eſt in precio, hæc verò iisdem maximum terrorem incutit:

Si dicerem, Sereniſſime Rex, quod nullis
NB. tentationum cruciatibus afflictus fuerim, humanitatem meam extollerem, & de meis viribus nimis multa mihi pollicerer, ac cor meum peſſundarem, quod tanti facinoris minimè conſcium fuit:

Veruntamen ingenti triſtitia tandem eò devolutus ſum, ut illud decreverim, quod judicio meo perſonam meam maximè decet, nimirum, ut præcipui totius hujus cauſæ fundamenti rationem habeam, & in primis reſpiciam ſacræ veſtræ perſonæ, bonique publici proſperitatem, quæ duo profectò privati hominis felicitatem longè antecedunt.

dunt. Idcircò ut paucis expediam, quemadmodum me totum committo & concredo honori & juſtitiæ parium ac procerum; Ita etiam humilimâ petitione à Majeſtate veſtrâ contendere voluiſſem, ut declarationem proximo die ſabbathi factam omiſiſſet, & me totum arbitrio procerum & parium permiſiſſet. Sed quò Majeſtatis veſtræ conſcientia in præſenti caſu liberetur, & diſſidia atque errores, qui ex Majeſtatis veſtræ denegatione facili negotio emanare poſſent, præcaveantur, humilimâ ſubmiſſione Majeſtatem veſtram obſecro, & obteſtor ut ſententiæ morti me adjudicanti nomen ſubſcribere, eaque calculo ſuo approbare non gravetur. Unico enim hoc remedio (re non dicam execrandâ, ſed, ut verum fatear, infeliciſſimâ) diſſidiorum & ſimultatum populites (Deo ſit laus) ſuccidentur, omniaque ad ſalutarem illam concordiam, quã ut ſpero, Deus Opt. Max. inter ſacram veſtram Majeſtatem, & ſubjectos æternam ſtabiliet, tandem deducentur. Sereniſſime Rex, conſenſus hic meus Majeſtatem veſtram coràm Deo majori exculatione purgabit, quam omnes totius mundi excuſationes facturæ eſſent. Volenti enim non fit injuria. DEO gratiam mihi largiente condono atque remitto toti mundo ea quietudine, & humilitate quæ animam meam hunc orbem caducum relicturam maximè contentam & pa-

catam reddunt. Tuæ Majeſtati, Rex Sereniſſime, hanc vitam mundanam, omniaq; quæ ad lætitiam creandam excogitari poſſunt, opto & foveo cuncta merita Regia ex Regio tuo favore in me profecta memori animo recolens. Id autem unicum à Regia veſtra Majeſtate humillimâ petitione contendo, ut Regiæ veſtræ Majeſtati benevolentiâ conſuetâ filium meum calamitoſum, ſororesque ejus tres filias meas complecti favoremque ſuum regium eâ menſurâ metiri placeat, quam temporis progreſſus in patris ipſorum infeliciſſimi morte plùs aut minùs merita detegendâ ſuggeſſerit:

Deus Opt. Max. Majeſtatem veſtram plurimos annos ab omnibus calamitatibus ſartam, tectamque conſervet.

Majeſtatis Veſtræ fideliſſimus & humilimus ſubditus

Ex Turri Lond. 4. May 1641.

Strafford.

Angliæ verò Proceribus, atque Magnatibus ita ſcripſit.

Magnifici Viri &c. Me ad mortem deducendi cauſâ huc confluxiſtis. Eam animo prompto ſubire paratus ſum tanquam debitum, quod & majores noſtri naturæ perſolverunt, & poſteris noſtris etiam ſuo tempore perſolvendum erit, tantò tamen minore metu extimeſcendum, quantò minùs declinatione aliquâ evitari poteſt. *Quod omnib.*

commune

commune eſt, intolerabile nemini eſſe debet. Lex èſt naturę impoſita; vectigal, quod caro pendit. Remedium, quod omnes curas, & turbas humanas amolitur, & via perfecta, ac certa, quæ juſtum ad æternam ſalutem deducit. Mors una exſpectanda; ad eam viæ diverſæ & variæ patent. Quæ mihi oppetenda, non eſt naturalis, ſed violenta ex lege & juſtitia emanans. Communi quidem proverbio fertur, leges vulgo præſcriptas vilioris ſortis homines vexare; Magnates autem magna iis reſiſtendis potentia & authoritate pollere. Veruntamen longè aliter mecum comparatum eſt. Etenim legibus me ſubjicio, & neutiquam inficior, me hoc caſu ex juſtitiâ profecto opprimi. Qui in Politico Regimine ad commune bonum tanquam ad ſcopum ſummum actiones ſuas dirigit, juſti viri titulum jure meretur: Qui verò è contrario machinationibus ſuis proprio cõmodo inhiat, aut alium finem perverſum & illicitum ſibi proponit, haud immeritò delinquens aut peccator appellãdus. Nec pœnæ dilatio, veniæ, aut condonationis privilegium indulget. Proinde cum Cicerone apertè fateor, malorum mortem bonis, qui vivunt præſidio & tutelæ eſſe. Non eſt quod quis confidat aut principis ſui benevolentię, & favori, aut parium, vel magnatum familiaritati & conſanguinitati, aut propriæ ſuæ cognitioni, & ſapientiæ, quibus reb. cunctis

me nimis confiſum eſſe fateor, *Reges coram Deo homines, coram hominibus ſunt Dii.* Poſſum idem jam dicere, quod aliquando quidam ex Regni hujus proceribus dixit: Si Deo meo tanta animi contentione obedientiam debitam præſtare ſtuduiſſem, quanto quidem ſtudio Regi mei honorem tutatus ſum, ſtabilis manſiſſem, & non cecidiſſem. Terq; quaterq; beatus Princeps, qui juſtitiæ cultu timorem, & bonitatis comitatisq; exercitio timorem ſibi conciliat:

Quò majore potentia Principes alios ſuperant, eò ſuperiores aliis virtutibus evadere debent: Talis eſt Regius ille rerum moderator in cujus miniſterio conſtitutus nuper munia mea obire ſolitus fui:

Quantum ad pares & proceres meos attinet, familiaritas, & neceſſitudo, quæ mihi cum ipſis interceſſit, cum omnia mihi ad votum fluerent, jucunditate, & recreatione magnâ me affecit. Jam commiſerationem, quâ caſum meum commiſerati ſunt, oſtenderunt. Abundè comperi, eâque de cauſâ apertè dicere poſſum, ipſos (etiam qui generoſiore animo) quamvis factum ipſum reprobarint, nihilominus perſonæ delicto obnoxiæ miſertos eſſe, priusque fidelitati ipſorum acceptum ferri, poſterius verò amori, attribui debere. Ingenuè autem fateor nullo unquam tempore ullum ſubditum, aut parem in eâdem, quâ ego, conditione verſantẽ talia

talia cõsilii adminicula, tale temporis beneficium, aut tam liberam & legitimam litis actionem, qualis mihi fuit, habuisse; Cùm in ejusmodi rerum statu nunquam aliquis majore Principis sui patrocinio fruitus, aut pluribus à populo cruciatibus divexatus sit. Populi titulo hic prudentem Civium communitatem, & non monstrum illud capitum multorum vulgus nempe imperitum intelligo. Veruntamen peccavi; Sententia lata est: & mihi patienter omnia toleranda sunt:

Quod sapiẽtiæ, prudentiæ, ac cognitioni meæ in opinione mea verlatæ, & ex imagi- NB.
natione conceptuum meorum profectæ nimis cõfisus fuerim, potissimum & præcipuũ est, quod me in fraudẽ, & damnũ devoluit. *Verè sapiens est, qui aliorum vitia inspiciens suâ emendatione seriâ corrigere, & deponere novit. Veri sapientis munere qui fungi vult, sibi ipsi à secretis sit oportet.* Stultitia enim est alterius taciturnitati animũ suum credere ac internas cogitationes peregrinis palã facere, sapiẽtia pretiosissimus est thesaurus, pretiosissimũq; ornamentum, quo animus exornari potest. Eruditio celeberrima, quæ alicui existimationem conciliare deberet. Sapientia vera benefacere, juxta ac facundum esse docet. A priore deliravi; Hominum enim sapientia stultitia est coram Deo.

Cognitio res media, & indifferens pari

passu

paſſu ad bonum & malum vergit. Se ipſum noſſe optima eſt notitia: Eam conſequutus omni φιλαυτίᾳ ex animo ſuo exterminata, ſibi ipſi non placebit, utpote qui ſeria meditatione ortum & exitum ſuum inſpiciet. Hic vanam mundi gloriam, vanasque ejusdem delectationes, gaudiaque inania neutiquam intuetur, ſed cultu & honore debito Deum proſequens in timore ejus vitæ ſuæ cúrriculum ad finem deducit. Qui autem verâ ſui cognitione imbutus non eſt, vias ſuas petulanter & protervè perambulat, in vita ſuâ, quam vivit, inutilis, ac in morte ſua infelix eſt. Talis ego ſum. Sed occaſionem quæ me ad hoc quærendum abripuit, audi. Lectione per ceperam, eum, qui neſciret, quæ ignorare fas non eſſet, inſtar irrationalis beſtię inter homines verſari: Qui plus quam quæ deberet ſcire, noſſet, tanquam hominem inter beſtias commorari; Qui omnium, quæ ſcire poſſent, cognitionem haberet, tanquam Deum cœtui hominum intereſſe. Ad hanc laudem aſpiravi, hujusq; rei deſiderio & ardore maximo quidem flagravi, ſed ejusdem appetitus nimius in grandes errores me prę-cipitem egit. Vanitas, vanitatum, & omnia vanitas!

Populi rumore tẽporum horũ perverſorũ culpa in me confertur. Utinã illa morte mea emendarentur, & in melius vergentia cõtraria evaderent. Certũ tamen eſt, & extra omnẽ dubitationis aleã poſitum, maximã tempeſtatis

peſtatis procellam his temporibus & moribus imminere, quod omen Deus clementer avertat. Et quoniam ſors mihi exivit, quẽadmodum Jonæ Prophetæ, ut in hoc ultimæ calamitatis mare ejiciar, mortem meã optimè collocatam arbitrabor, ſi eâdem ira divina placari, & hominum malitiæ ſatisfieri queat.

Quidnam aliud eſt eloquens facundia, quam parum aëris ſonorum varietate & diſcrimine quodam variata & formata? Cùm è contrario ſermonis recti & boni in compendium contractio virtutis titulo, jure exornetur, ac *ſilentium ipſum ſæpè orationis optimæ locum obtineat* & efficiat, ut ſtulti eodem ſtupiditatem ſuam velantes cum ſapientibus paria faciant, eorumque numero adſcribantur. Viribus ejusmodi pollet, quæ bonam cauſam in malam convertunt, malæq; bonitatis ſpeciem prætexunt. Sed mea mihi eloquentia fructus nullos tulit, cupreſſam arborem imitata, quæ procera & in magnã altitudinem aſſurgens, fructuumque planè expers ſterilitatem ſuam prodit.

Honores primum ad inquietas turbas gradum ſternunt. Potentia nunquam non invidiæ ſtimulis confoditur, eamque ab infamia liberam difficulter quis preſtat. Haud minima verum potiſſima honoris pars exiſtimatur, ſi quis cum functionis & muneris ſui functione affabilitatem, comitatem, cõ-

miſera-

miserationem, ac misericordiam copulet. His enim virtutibus tanquam dulci aliqua violentia maximæmortalium partis animos ad se allicit:

Sed ut hæc seria meditatione olim perpenderem, parum laboravi, quæ tamen præteritorum, memoriam repetenti has cogitationes menti meæ injiciunt, homines eò facilius in erroribus suis deprehendi posse, quò altiorem honoris, authoritatis, & amplitudinis gradum, conscenderunt, imò minimum crimen ab ipsis commissum capitale judicatur, minima in tenuissimo & albissimo linteo macula grandis apparet, minimumq; in pretiosissimo adamante vitium longè faciliùs animadvertitur, Verum enim verò magni, & generosi animi homines ejusmodi censuræ verberati, & flagellati tantò propriæ pœnæ angustiarum dolore non excruciantur, quantò inimicorum ludibriis & subsannationibus afficiuntur. Equidem moribundus nullius hostilem in me animũ me comperturum spero, quamvis multorum inimicitia me vivum exagitatum fuisse autumem:

Ex omnibus vitiis, quæ magnorum ingeniorum animos inquinare & commaculare solent, nullum majus odium parit, quam ambitio, cui avaritia ut plurimum se comitem adjungit, qui contagiosis his morbis invecti sunt, ut propositum scopum attingant,

nil

nil penſi habent, ſive Religionis & rationis limites egrediantur, ſive neceſſitudinis & conſanguinitatis vincula confringant, horũ cum me affinem eſſe ſciam Deum precibus invoco, ut veniâ clementi commiſſorum faſce gravi animam meam miſeram levet. Proverbium Philoſophorum vulgare docet, ambitioſos homines nunquam principibus conſilia bona ſuppeditare. Habendi cupiditas Magnatibus eſt familiaris, regendique deſiderium plerumq; ipſos in exitium præcipites agit.

Domini mei; Ego ſum jam præſes ille ſpe omni deſtitutus, & vivendi expectatione fruſtratus. Utinam vobis omnibus infelix meus caſus felici exemplo eſſe poſſit. Ambitio enim tenebras effundit, & ſanguinem potat, ac in cerebris hominum ad tantum faſtigium properat, ut tandem ſucciſis poplitibus miſerando caſu propriam cervicem frangat, *Satius itaque eſt humilitate contentum vivere, quàm curarum & perturbationũ laqueis irretiri. Penuria honeſta omnium rerum affluentiæ inhoneſtæ longè præſtat.* Quid aliud ſumus, quam vapores, ſudum cœlum profundè penetrantes, & momento citius fumi inſtar evaneſcentes, & in auras abeuntes, Haud multum abludimus à navibus quas tempeſtuoſarum procellarum rabies, ventique adverſi variis jactationibus exagitant; Agricola peritus ſpicas apices in terram inclinantes

pluris

pluris facit, quã erectas, utpote qui illas pluribus granis abundare, has paucioribus refertas esse novit. Omnia quæ dico in vulgus, quidem lippis, & tonsoribus nota sunt; sed quam pauci auream hanc doctrinam vivendi normam sibi constituunt! Ego quod neglexerim, pœnas jam dare cogor. Utinam ex iis quæ patior, alii utilitatem, & commodum perciperent:

Quid adjumenti, & suppetiarum mihi tulerunt Principis mei favor & benevolentia, parium & magnatum familiaritas, linguæ facundia, memoriæ firmitas, eruditio, honor, munera, potentia, divitiæ & thesauri, insignia naturæ & fortunæ bona & dona? Quamvis à benedictione divina in homines conferantur, confertim tamen omnia rarò in unum simul congeruntur, quemadmodum ferè cuncta divini numinis beneficio mihi obtigisse non diffiteor. Si iis rectè usus fuissem in florentissimo rerum mearum statu stabilis permãsissem, nec immaturâ morte conciderem:

Equidem jam optârim (si modo optandi tempus non præteriisset, & illud *utinam* nimis serum esset) ut Deus Opt. Max. cum externa suâ bonitate mihi exhibita etiam internam suam gratiam conjunxisset, & mentem meam illuminasset, ut mediam viam ingressus, mediocritatemq; lectatus, nec ad dextram nec sinistrã me deflexissem.

Sed

Sed Icarum, qui cereis alis inſtructus ne eas, madefaceret, humili volatu terrę nimis propinquus fieri verebatur, imitatus in altum nimis evolabam, ſolique nimium appropinquans alis calore liquefactis ex alto decidi, ac milera aquarum rapina evaſi. Antehac Architectus imprudens ædificii mei ſtructuram in arena locavi; mutato fundamenti loco ſpem meam in petra firmiſſima Salvatore nimirum meo jam collocavi, in cujus meritis anima mea fiduciam ſuam ponens, quicunque exitus etiam corpus meum mãſurus ſit, in ſinum ejus congregari ſperat.

Nimrod Turrim, cujus ſummitas cœlum attingeret, exſtruere cupiebat, eique nomen Babel imponebat. Deus tamen conatum ipſius confuſione linguarum, ac populi diſſipatione eludebat. Pharao Iſraëlitas Captivitate detentos poſtquam dimiſiſſet, eosdem ſumma protervia prædam ſibi facere conſtituerat; DEUS tamen his ſiccum & miraculoſum per mare Rubrum tranſitum largitus eſt, illum vero cum toto ſuo exercitu aquis ſepelivit. Belſazar imperii ſui principes & proceres tanto & ſuperbo convivio excipiens vaſis argenteis ex templo Hyeroſolymitano raptis imperii felicitatem ac ſuorum nomina bibit: Manus vero divina parieti inſcripſit Mene, Tekel, Phorat eâdemque nocte miſer & regno & vita ſpoliatus diem obiit. Hoc pacto divina Majeſtas

homini ſpatioſum propriis cogitationibus ludendi intervallum concedit, nec unquam patitur, ut voti ſui compos fiat, aut optata effectui det, adeò ut talia in propriam ejus ruinam & exitium abire ſoleant: Itaque non eſt cur aliquis potentiæ ſuæ confidat, de propriis viribus glorietur, & divitiis ſuis innitatur. Cuncta hæc inſtitutionis noſtræ cauſa literis concredita ſunt, ex quibus vivi, non autem mortui elementum ſentiunt. Ingenii acrimoniam ac ſapientiam nullum fructum ferentes ſtultitiæ finitimas jure affirmamus.

Major in mundo ignobilitas exiſtere non poteſt, quam quæ mundum ab unoquoque ſusque deq; habitum magnifacit, & Deum à quovis hominum reverentia ſummâ cultum nihili pendit.

Ac inter homines nil ſtultius, & inſanius inveniri aut excogitari poteſt, quàm ſummo labore & ſudore facultatum & opum ſuarum incrementis inhiare, corpusque ſuum vermium habitaculum, vanitatisque domicilium probè curare & exornare; animam autem è contrario vanis voluptatum recreationibus æterno gaudio exuere. *Magnæ ſtoliditatis opus aggreditur, quicunque malo initio eventus optati ſpem concipit & ad exitum ſperatum malo principio ſibi viam ſternit.* Uni ſoli attribuere, quæ antea omnibus communia fuêre, imbecillis judicii res eſt, ex qua diſcordiæ & ſimultates ſcaturiunt. Caſtiga-

tione

tione hâc meâ, ut finiantur, vehementer exopto.

Quam parva terræ particula corpus meũ jam conteget, & complectetur, cum tamen animus meus nil niſi magna ſpirans duorum tantorum Regnorum ſpatioſis limitibus includi non potuerit? Sed quoniam tempus me urget, Regii vatis dicto ſermoni meo finem ut imponam neceſſe eſt. Eo neminem privatim tango, ſed omnibus & univerſis illud propono, Quandiu vos judices corrupti eritis? Quamdiu omittetis in judicando Juſtitiam ſequi?

Beatus ille, qui in impiorum conſilio non ambulat, nec ſedet, ubi diviſores ſedent. Propterea in judicio conſiſtent, nec peccatores in juſtorum conventu, &c.

En amice Lector literas omni doctrinâ, omni inſtructione, omnique ſoliditate plenas, en quomodo afflictio prudentiam & modeſtiam, quomodo orationem & mortificationem, quomodo fortitudinem & fidelitatem doceat? Quæ fortaſſis Prorex nunquam cogitaſſet, ſi amariſſimum ſubeundæ mortis calicem non ebibendum habuiſſet. Nunc ſequuntur ejusdem ad uxorem literæ non minus commiſeratione, quã Generoſitate plenæ: XXIV.

Pretioſiſſima conjux; Extrema meã, verba ex ore meo, qui in extremis meis temporibus jam verſor, profecta accipies.

Amorem meum tibi transmitto, quem post mortem meam conservare poteris; · Consilio meo uti valebis, quando non amplius præsto sum. Tristitias & animi ægritudines haud libenter tibi proponerem, aut mentem tuam iis affligerem, ea propter eas me in sepulchrum comitari patiaris, Quoniam voluntas divina eò necessitatis vinculo te constringit, ut aspectu meo inposterum carere cogaris, animo æquo & patiente distractionem, & diremptionem hanc toleres velim.

Primo gratias omnes, quas mens mea acutissima meditatione excogitare & rimari, aut verba mea exprimere possunt, tibi ago & habeo pro infinitis illis laboribus & curis, quibus animũ tuũ meæ salutis & incolumitatis custodiendæ causa oneraſti; & solicitaſti; quæ quanquã eventu suo optatis tuis nõ respondérunt, nihilominus tamen earum nomine me, qui hoc in mundo debita compensatione eas æquare non possum, tibi devinctum tenes.

Deinde oro atque obtestor, ac pro amore, quo me in vivis existentem semper complexa es, vehementer illud abs te contendo, ut diu aut plures dies querula domi non latites, aut occultè desideas, sed egressa consiliorum, laborum, & curárum tuarum auxilio miseranda liberorum tuorum conditionem subleves, eorumque justitiam tuearis.

Quæ

Quærimoniæ tuæ nullo pacto mihi propè diem in pulverem redigendo adjumentum aut ſolatium afferre poſſunt:

Poſtea te certiorem reddo, poſſeſſionum mearum jus bonâ fide in filium meum trãslatum eſſe. Literæ ad actionem illam pertinentes jam conſcriptæ ſunt. Per quem, quæ reſtant tibi tradenda curem neſcio: Nam ab omnibus meis derelictus ſum. Maxima triſtitia animam meã excruciat, quod nimis celeri mortis adventu præventus meliorẽ & opimiorẽ rerum ſtatũ tibi relinquere nõ poſſim: Deus cuncta, quæ propoſueram, & apud animum meum ſtatueram, prævertit. Deus ille Opt. Max. qui omnia ad nutum & arbitrium ſuum diſponit. Si vitam inopem & penuriæ obnoxiam degere non cogeris, de cæteris non eſt quod ulterius labores, aut curis ſupervacaneis animum tuum affligas. Cuncta enim vanitati ſubjecta ſunt. Deum dilige & in tempore ejus diligendi initiũ fac, ut veram & æternam in eo conſolationem invenias. Poſtquam multos labores exhauſtaris, ac mundanis cogitationibus te fatigaveris, tandem omnes tui labores in triſtitiam & mœrorem deſinent. Doce filium tuum, ut Deum revereatur, eique fideli & ſincero cultu inſerviat, & timor Domini in ipſo accreſcat, & incrementa ſumat, dum in juventutis flore adhuc conſtituti tenera mens cognitione divinâ

faciliùs imbui poteſt. Eo enim pacto Deus ſe tibi maritum, & ipſi patrem præſtabit, & quidem ejusmodi maritum ac patrem, cujus nullo unquam tempore jacturam facturi eſtis, utpote qui vobis à nemine eripi poteſt:

Balo decem librarum millia, & Arian centum libras mihi debent: Iernſei quoque multa & gravia nomina in tabulis meis habet.

Pretioſiſſima conjux, propter animam meam te rogo, & obteſtor, ut poſt mortem meam tenuioris fortunæ hominibus, quæ debeo, ſolvas. Magna tibi procul dubio ab interpellaturis creditoribus moleſtia exhibebitur. Nemo non ea opinione imbutus eſt, me ampliſſimarum fortunarum poſſeſſorem divitiis maximis affluere. De omnibus rebus ſumma cura velim labores, & in primis tibi à virilis ſexus blanda inſinuatione caveas, quandoquidem in hoc mundo nulla gravior hominibus miſeria accidere poteſt, quàm ſi rapina evadant ac poſtea contemptui habeantur. Quæ loquor, eò non ſpectant, ut tibi ad ſecundas nuptias poſt deceſſum meum tranſire diſſuadeam, cujus rei DEUS, qui cogitationes meas cognitas ac perſpectas habet, teſtis eſt, conſultum potius tibi futurum conſentio, ac coram Deo & mundo honeſtius. Quantum ad me attinet, tu mea eſſe deſinis, & ego

tuus

tuus eſſe deſiſto. Mors vinculum, quo ligati fuimus, derupit, diſcerpſit, & dilaceravit. Deꝰ me à mundo & à te ſegregavit, & ſejunxit.

Memor eſto filioli mei propter me, patrem ſuum, qui te in ſtatu ſuo fortunatiſſimo & florentiſſimo amore ſummo proſequutus ſum. Vitæ meæ incolumitatem, & conſervationem ſummâ animi contentione quæſivi, & precibus acquirere ſtudui: ſed Deus novit, me non niſi tuo & tuorum gratia illud feciſſe. Tuum enim infantem chariſſima uxor, filium eſſe ſcito fidelis mariti, qui, quo ad ſe mortem ſusqué deque habet.

Multa ſcribere non poſſum; Deo notum eſt, quam difficulter mihi tempus ſupperat; Ipſum verò tempus etiam mihi aurem vellicat, ac me monet, ut à mundo omnibusq; rebus terrenis cogitationes meas abſtractas ad æternæ beatitudinis meditationem trãsferam, corpus meum quod vivum tibi denegatur, vitâ ſpoliatum poſtulato, & impetrare ſtudeto, ut juxta patris ac matris meæ ſepulchrum terræ mandetur. Nihil amplius dicere valeo. Tempus & mors me avocant. Æternus & omnipotens Deus, qui ipſa bonitas, & vera lux ac vita eſt, te atque tuos incolumes ac ſalvos conſervet, mihi miſericordiam exhibeat. Chariſſima uxor, vale, Deus filio meo benedicat, Precibus

vestris pro me apud DEUM intercedite, qui vos ambos brachio suo potenti complectatur, & tueatur:

XXV. Ist es dann (damit ichs beschliesse) daß einem Politico und vornehmen Weltmañ in seinem täglichen Officio, Geschäfften und Verrichtungen/ Unglück/ Creutz uñ Widerwertigkeit zu stehen/ solte es ihme ergehen/ wie bißher und sonderlich in dem fünff- und sechsten Capitul dieses Buchs mit mehreren erwehnt worden ist/ so kan und sol er nicht allein gedencken/ daß es ein allgemeines Ding/ ihme auch viel vorgangen seyen/ so eben dergleichen außgestanden haben/ sondern sich darmit am meisten trösten/ und die Tag ihres lebens gesagt seyn lassen/ daß alles und jedes von dem Allmächtigen und gütigen GOTT allein/ und zwar ihme zu gut- und besten

NB. zugeschickt und verhängt werden: Wer dieses Fundament ergreifft/ und in sein Hertz/ Sinnen/ Glauben und Gedancken eingrabt/ der braucht kein anderen Trost/ keines Nachbaren zusprechen/ der wird sich in seiner Betrübnuß leichtlich finden/ und seinem Gemüth die verlangende Ruhe schaffen können:

&c. Doch wil ichs dahin nicht außgedeutet haben/ ob solte ein Politicus ein steinern Hertz haben/ nichts achten/ alles drunder und drüber gehen lassen: sein Heyl Gesund-

sundheit/Weib und Kinder/Ehr/Haab/ und Gut / todt und lebendige in Wind schlagen: Nein wir seynd und bleiben Menschen/es thut wehe das jenige zu verliehren/ was man geliebt hat; es schmertzet und gehet tieff zu Hertzen die Undanckbarkeit/ folglichen dann / ist es zugelassen und erlaubt / daß ein ehrlicher Mann in seinem Creutz bey sich gedencke / Mein GOtt laß diesen Kelch von mir gehen/ so man nur allzeit hinzusetzt: wann es dein Göttlicher Will ist.

Naturæ, inquit pulcherrimè Perez, repugnat, qui afflicto adimit conquerendi facultatem, namque naturâ ita comparatum est, ut ictum sonitus sequatur. Super mortuum plora, air Ecclesiasticus, defecit enim lux ejus, vidi etenim ipse, air S. Basilius, aliquando bovem ad præsepe lachrymantem, cum contubernalem suum morte ereptum cerneret:

Perez. fol. 311. n. 321. Eccl. 22. 11. S. Basil. de grat. act. ho. 5.

Depone mærorem in adversitatibus si potes, include si non potes, ait, S. Ambrosius; Lachrymæ, gemitus, dolor, tristitia profecto testes naturæ sunt, non indices diffidentiæ, nec fletus infidelitatis signum est, sed conditionis indicium, cum à Deo percussi ploramus, non arguimus ferientem, sed provocamus pietatem, severitatem flectere satagimus, sint verba nostra dolore plena, non murmure:

S. Ambr. de fid. resur.

Seneca. c.37. Audi, quæſo, Senecam, aliquid, ait, à nobis natura exigit, plus vanitate contrahitur. Nunquam autem ego à te, ne ex toto mœreas, exigam. Et ſcio inveniri quosdam duræ magis, quàm fortis prudentiæ viros, qui negent doliturum eſſe ſapientem. Hi verò videntur, nunquam in hujusmodi caſum incidiſſe. Satis præſtiterit ratio, ſi id unum ex dolore, quod & ſupereſt & abundat, exciderit. Nam ut quidem nullum omnino eſſe eum patiatur, nec ſperandum ulli, ne concupiſcendum eſt. Fluant lachrymæ, ſed eædem deſinant: trahantur ex imo pectore gemitus, ſed iidem & finiantur: ſic rege animum tuum, ut & ſapientibus te approbare poſſis & fratribus.

Idē c.7. *Et ad Marciam.* Aſpice mutorum animalium, quam ſint concitata deſideria, & tamen quam brevia, vaccarum uno die, alterove mugitus auditur. Nec diutius equarum vagus ille, amensque diſcurſus eſt. Feræ cum veſtigia catulorum conſectatæ ſunt, & ſilvas pervagatæ, cum ſæpè ad cubilia expilata redierint, rabiem intra exiguum tempus extinguunt. Aves cum ſtridore magno inanes nidos circumfremuerunt, intra momentum tamen quietæ, volatus ſuos repetunt. Nec ulli animali longum fœtus ſui deſiderium eſt, niſi homini, qui adeſt dolori ſuo: nec tantum, quantum ſentit, ſed quantum conſtituit, afficitur.

Cogite-

Cogitemus ſemper, & dicamus cum eo- *Idem. de*
dem Seneca, quidquid eſt hoc, quod circa *conſ. c. 10.*
nos ex adventitio fulget, liberi, honores,
opes, ampla atria, & excluſorum clientium
turba, referta veſtibula, clara, nobilis, aut
formoſa conjux', cæteraque ex incerta &
mobili ſorte pendentia, alieni, commodati-
que apparatus ſunt, nihil horum dono da-
tur; Collatitiis & ad Dominos redituris in-
ſtrumentis ſcæna adornatur. Alia ex his
primo die, alia ſecundo referentur: pauca
usque ad finem perſeverabunt. Ita non eſt,
quod nos ſuſpiciamus, tanquam inter no-
ſtra poſiti; mutuo accepimus, uſusfructus
noſter eſt, cujus tempus ille arbiter muneris
ſui temperat.

Wormit ich dan dieſe meine wenige Re-
flexiones in dem Namẽ Gottes geſchloſſẽ/
ſelbige anderer mehrwiſſenden Urtheil/
Correction und Cenſur hertzlich gern un-
derworffen/ und darbey nochmahl vor
GOtt und der erbaren Welt conteſtirt ha-
ben wil/ daß einigen Menſchen wer der
auch ſeye/directe oder indirecte zu carpiren
und zu tadlen mir nicht in meinen Sinn
kommen laſſen/ ſondern allein dieſe Ma-
terie vor anderen/ ſo viel meine tägliche
Verrichtungen leiden wollen/ nach und
nach meinem Nächſten zu lieb und beſten
verfaſſen wollen: Ich weiß wohl und kan
mirs leicht einbilden/ daß dieſes mein

Büch=

Büchlein in viel und mancherley Händ kommen wird / Die meine Freund / oder sonst eines guten Willens seyn / werdens etwan willkomm heissen / und ihme ein Plätzlein in dero Bibliothec meinetwegen vergönnen / hingegen meine Feind solches verwerffen / Aber was schads / gehe hin mein liebes Büchlein / du bist unempfindlich / und in dem du anderen sagst wie sie sich trösten sollen / wann dirs übel gehet / so gebrauch dich deiner Lehr selbsten / und gedencke / daß ich auch Creutz und Widerwertigkeiten leiden müssen / ehe ich dich geschrieben habe.

E N D E.

Author ad Zoilum,

Zoile quid carpis precor? ipse sit, expeto, scripsi,
Si benè laus Superis, si malè, culpa mihi.

Liber ad Eundem.

Si Tibi sim parvus? lege Zoile, sæpè, Volumen,
Si magnus? legito pauca, Libellus ero.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Schütz, Wilhelm Ignaz,

Reflexiones Politico-Consolatoriae, Oder Reiffliche Vberlegũgen der jenigen Widerwertigkeiten, und Unglück, welchen ein Politicus und vornehmer Weltmann, wehrender Zeit seines Lebens, und obhabenden Verrichtungen underworffen ist: Wie er sich darzu als einer unauß bleiblichen Sach Christlich gefast mach, darbey auch vernunfftig trösten

Franckfurt am Mäyn 1661

Coburg, Landesbibliothek -- Cas A 2296
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11925455-6